

NAZIONALE
EMANUELE
6
2 H
59

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

39. 5. A. 9

03.5.1


63 63
C c
1 24

St. a

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

HOMOLOGHIA
SEV
CONSENSVS
HISTORIAE ECCLESIASTICAE

Cùm ſacris Canonibus, Concilijs, Epi-
ſtolis Decretalibus, Bullis, ſeù
Conſtitutionibus Summo-
rum Pontificum.

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

IN DVAS PARTES DISTRIBVTA

AVGVSTINI DE ANGELIS

*Congregationis Somaſchæ Sacræ Congre-
gationis Indicis Librorum Con-
ſultoris, Romanæ Sapientiæ
Profeſs. ordinarij.*

Bibl. secr. ex leg.
Coll. Rom. S.J. Card. Pallav.

ROMAE,
Typis Philippi Mariæ Mancini. 1666.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

BEATISSIMO PATRI

ALEXANDRO SEPTIMO

PONTIFICI MAXIMO.

AVGVSTINVS DE ANGELIS.

CVI meliùs, aut congruentiùs Homologhiam hanc meam, conſenſumquè Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ cum Sacris Canonibus, Concilijs, ac Summorum Pontificum Decretis dicarem, inueni profectò neminem, Beatiſſime Pater, quàm Sanctitati Tuæ, tùm ob nouum in me collatum beneficij decus, quo inter Sacrę Congregationis Indicis Conſultores adſcribere voluiſti, tùm quia Ioanni XXII.

Digitized by Google

Deceſſori olim Tuo, vt Sapientia, bonarum Artium, omniſque litteraturæ Studio, quam ſimillimum, ità in excipiendis tanquam gratiſſimis muneribus Libris Compendio perſtrictis, ac penè defloratis non abſimilem Te ratus, ſpero labores meos Tibi futuros omninò gratiſſimos, non enim ea, quæ Te curarum Vniuerſalis Eccleſiæ moles premit, patitur, & plures, & ingentes Tomos, quibus materies hæc ampliſſima continetur, explicare, euoluere. Plura ſunt, quæ inter ſcribendum fortè interciderunt, quæ à Sapientia Tua, quæ eſt maxima, ab Auctoritate, cui nulla in Terris par, emendationem, ac Cenſuram expoſcunt; Arma paro, & tela, quibus hoſtes Catholicæ Religionis expugnandi ſunt, An apta ſint illa, & idonea, Tu Iudex. Excipe igitur hilari, lætoquè vultu libellum meum, quem poſt Beatorum pedum oſcula, demiſsè offero, ac dico.

OR-

ORTHODOXO
LECTORI.

QVæ Chriſti Eccleſiæ Proſpera, vel Aduerſa ab eius Primordijs ad hæc vſque noſtra tempora à quamplurimis Scriptoribus, ingentibus cocluſa Voluminibus contigère, in breuem Homologhiam contrahere molienti, occurrit ſalubre Conſilium, vt legentes à faſtidio prolixitatis arcerem, præcipua, Illuſtriora, quæ ad profectum Chriſtianæ Fidei, & Catholicæ Religionis, vel ad Romanæ Eccleſiæ defenſionem ſpectare magis videbantur, ſeligere, tùm ſi quæ facta, geſtaque olim à primis illis Chriſtianæ Fidei Cultoribus, à Pijs, Magniſque Principibus inſigniter patrata cum Sacris veterum PP. Canonibus, Concilijs, & Summorum Pontificum Decretis, congruebant, omni diligentia notare, digerere, vt omnino facilè, & paruo labore, quæ tibi fortè opus fuerint, vel ad Fidei, & Religionis Catholicæ, vel ad *R*omanæ Eccleſiæ defenſionem illicò intueri breui proſpectu poſſis; In ea enim ſumus ætate, qua non cum Arianis, Sabellianiſtis, Apollinariſtis, Macedonianis, Monothelitis, Iconoclaſtis, agendum eſt, qui ex Sacris litteris perperam intellectis errores ſuos deprompſerant, ſed cum Lutheranis, Caluiniſtis, Zuingliſtis, & eorum *R*eliquijs, qui nouo

inito

Digitized by Google

inito conſilio ex Eccleſiaſticis Annalibus, ex Concilijs, ex Decretis Pontificum, ac veterum PP. in proprium, ac hæreticum ſenſum detortis, venenorum ſuorum vim omnem haurire, atquè expromere gloriantur. Quare fac, vt Homologhia illa, ſeù Conſenſus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ nunquàm è tuis manibus excidat, ſi prompta, quibus vel animum rerum notabilium varietate oblectes, vel in Chriſtiana Pietate, aut Fide Catholica firmes, habere velis argumenta, loca. Vale.

Proteſtatio Auctoris.

QVia in recenſendis aliquorum illuſtrium Virorum aut natalibus, aut rebus geſtis, aut obitu nonnulla breuiter attigi, quæ aliquam Sanctitatis notam præferre videntur, ideò monitum Lectorem meum velim, nullum cultum, aut venerationem, nullam famam ſanctitatis ex Homologhia iſta velle me ijs accreſcere, ſunt enim mihi bene nota, Decretum S. Congr. S.R.E. Card. editum Anno 1625. confirmatum Anno 1634. & eiuſdem declaratio facta à Sanctiſs. D.N. Vrbano VIII. Anno 1631.

A P-

Digitized by Google

APPROBATIONES

D. Bonifacius Albanus Præpoſitus Generalis Congregationis Somaſchæ.

HOmologhiam Hiſtor. Eccleſiaſticæ R.P. Auguſtini de Angelis noſtræ Congreg. Theologi tenore præſentium Typis mandare, concedimus præhabita virorum grauium, quibus illius examen commiſimus, approbatione; & in fide has litteras manu propria ſubſcriptas, ſigilloquè noſtri Officij munitas dedimus. Venetijs in Collegio S. Mariæ de Salute, Kal. Iulij 1666.

D. Bonif. Albanus Præp. Gen.
D. Io: Ant. Serbelonus à Secretis.

Im-

Digitized by Google

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſsimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

O. Arch. Patrac. Viceſg.

LEgi iubente Reuerendiſs. P. Mag. Libello Sacri Palatij Apoſtolici; Homologhiam, ſeù Conſenſum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ cùm Sacris Canonibus, Concilijs, &c. ab Auguſtino de Angelis concinnatam; opus paruũ mole; ſtylo, doctrina, eruditione, amplum, dignum propterea, quod publici iuris fiat, exiſtimo, cùm in eo à Catholica Fide, & Chriſtianis moribus diſſonum nihil reperiatur. Romæ 17. Kal. Feb. Anno 1666.

Nicolaus Angelus Caſerrius.

Imprimatur.

Fr. Hiacynthus Libellus Sacri Palatij Apoſtolici Mag.

HOMO-

Digitized by Google

HOMOLOGHIA
SEV
CONSENSVS
Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cùm Sacris Canonibus, Concilijs, &c.

PARS PRIMA.

ANNO à Mundi naſcentis exordio 5194. ab Vrbe fauſtis auſpicijs ad Terrę Principatum condita 751. Imperij Octauiani Auguſti Secundo ſuprà 40. Chriſtus Ieſus Dei Filius, Deus, & Homo, Mundi Reparator, & Humanę libertatis vindex, nouę, æternæque legis Auctor, & Promulgator in Bethleem Iudæ, Vrbi Hieroſolymæ proxima è progenie Magni Pa-

Digitized by Google

triarchæ Abrahæ, è Regio Dauidis ſanguine natus eſt.

Edidit illum inaudito, & ſingulari prorſus miraculo Maria Virgo deſpõſata Ioſeph viro Iuſtitia, & caſtitate commendatiſſimo, illibatum eius vterum Spiritu ſancto fæcundante, dum puriſſimi coniuges in Virginitate perfecta viuerent, quam Deo vouerant, ſeù commiſerant, in ea perpetuò perſeueraturi, niſi aliter illi viſum eſſet, vt habetur c. *Beata*. 27. *q*. 1.

Vbi de integerrimo Virginis Matris ventre prodijt Chriſtus, illicò ab Angelis, deindè à Paſtoribus, mox à Magis præuia ſtella in Iudæam ab Oriente ductis adoratur. Octauo à natiuitate die iuxtà Hebręorum morem Circumciſionis legi ſe ſubijcit, & carnem ſuam tenerrimam gladio cędendam offert; Puer duodennis inter Do-

ctores

ctores de lege, & Prophetis diſſerit. Annum agens trigeſimum baptizatur in Iordane à Ioanne, & à Deo Patre Filius dilectus declaratur, iubenturquè Hebræi ipſum audire. Mox aggreſſus prædicationis officium, in quod à Patre miſſus fuerat, aſſiduo labore, ſummaquè diligentia per tres annos arcana cœleſtia Mortalibus patefecit; & tot, tantiſque miraculis, quæ docuit, confirmauit, vt ſi ſcriptis, quæcunquè fecit, commendare diſcipuli voluiſſent, Mundus vniuerſus teſte *Ioanne cap.* 10. libris capiendis anguſtus inuentus eſſet.

Cum verò Sacerdotum, Pontificum, ac Principum, quorum deprauatos mores verbis, & mirandis Vitæ Diuinæ virtutibus arguebat, inuidiã, & odium in ſe concitaſſet, conſpirante aduerſus iuſtum iniquiſſimo Iudęo-

rum Concilio, permittente Deo Patre, qui per filij mortem humanum genus à lege mortis ſoluere delibera-uerat, ipſoquè annuente, qui vt mundum omni ſcelerum ſorde pollutum mundaret, totum ſanguinem effundere cupiebat, iudicante Pontio Pilato Prępide, vt efferati Populi aduerſus eum conclamantis petitionibus ſatisfaceret, Cruci affixus eſt in Monte Caluariæ non procul ab Hieruſalem cum paucis mẽſibus trigeſimum tertium ętatis ſuæ annũ ſuperaret, vt Beda lib. de Ratione Temp. cap. 45. arbitratur. Eius mors innumeris prodigijs illuſtrata eſt, tota natura in ſui conditoris interitu ſigna doloris edere properante, fuitque ſepulchrum eius nouum, & ſicut Iſaias c. 11. prędixerat, glorioſum; & quidem, vt benè *D. Auguſtinus* notat *lib.* 1 *de peccat. mer. & re-*

miſs.

miſs.cap. 32.ad mortem illa caro peruenire ſeneſcendo potuiſſet, niſi Iuuenis fuiſſet occiſus.

Breui tempore ſub mortis imperio ſtetit, nam tertia die, Inferni, mortiſque triumphator reuixit, cumquè 40. dies ſe videndum Diſcipulis exhibens,& fidem reſurrectionis ſuæ altiùs eorum animis imprimens,in terra verſatus eſſet, & D. Petrum aliorum Apoſtolorum, ac Eccleſiæ à ſe conſtitutæ, Principem, Caput, Paſtorem vice ſui ordinaſſet illis verbis ter repetitis, *Paſce oues meas. Ioan.*20. è monte Oliueti videntibus ſuis eleuatus virtute propria è terra in cœlos aſcendit, vbi receptus à Patre, & in ſupremo ſolio ad dexteram ſuam ſedere iuſſus, decima pòſt die Spiritum ſanctum in Apoſtolos, & Eccleſiam ſuam miſit; Viuit nunc ibi, & ſumma

Digitized by Google

ma poteſtate mundum regit vniuerſum, ſuoſque ditat, ac tuetur, venturus iterum in fine ſæculorum in terras, vt exacto iudicio, omnium opera diſcutiens bonis premia, malis ſupplicia nunquam deſitura decernat: Vide *cap.* 1. *de ſumm. Trinit. & Fide Cathol.* ſub Innocent. III. in Concilio Generali.

Anno 34. à Chriſti Natiuitate, ab eius Morte Primo.

D. Petrus conſtitutus iam à Chriſto Domino aliorum Apoſtolorum, & Eccleſiæ ſuæ Princeps, Caput, & Paſtor, vt collati ſibi Principatus, ac Primatus vices impleret, Apoſtolorum, ac diſcipulorum Chriſti puſillum gregem, ac cætum cogit pro electione Matthię loco Iudæ proditō-

ditoris, ac hiſce verbis proditur locutus. *Viri fratres, oportet impleri ſcripturam &c. Actuum Apoſtol.* 1. Vide *cap. Iudas de Pœnit. diſt.* 3.

Ex his conijcias, licet, ex Diuina Inſtitutione Summi Pontificis munus eſſe, conuocare Concilia; illique Eccleſiæ Primatum non ab hominibus, ſed à Deo, non à Cæſare, ſed à Chriſto fuiſſe collatum. Vide *cap. Sacroſancta Romana diſt.* 22. *c. Vnam Sanctam extra de maior. & obed. cap. Petrus* 2. *q.* 7. *cap. Manet.* 24. *q.* 1. *cap. Conſiderandum diſt.* 50. *cap. Ità Dominus diſt.* 21.

Eodem anno D. Petrus Iacobum Minorem cognomento Iuſtum Hieroſolymorum conſtituit Epiſcopum: fuit autem Iacobus conſecratus à Petro, Iacobo Maiore, & Ioanne Euangeliſta, vt teſtatur Anacletus Papa V. à Diuo Petro *in Epiſt. ad Epiſcopos Ita-*

Digitized by Google

liæ, & Clemens Alexandrinus *lib. 6. & 7. Hypot.* & habetur *c. Porrò diſt. 67.*

Et quidem tum primùm tradita eſt forma, vt non minùs, quàm à tribus Epiſcopis electus Antiſtes conſecraretur. Vide *Can. 1. Apoſt. Euſebium in Chron. & in Hiſtor. lib. 2. cap. 1. Chryſ. in Ioan. Hom. 87.*

37. Caiphas Princeps Sacerdotū, qui Chriſtum Ieſum in ſeniorum Concilio reum mortis dixerat, à Lucio Vitellio Syriæ Proconſule Pontificatu amouetur, ſubrogato in eius locum Ionatha Annæ filio, quare Caiphas moerore confectus ſibi mortem conſciuit. *Clemens Papa I. lib. 6. Conſtit. Apoſt. c. 1.*

38. Pontius Pilatus Iudeæ Pręſes, qui Chriſtum Ieſum ad Crucem, & mortem damnauerat, varijs criminibus Populo Iudæorum inuiſus, ab eodem

dem Lucio Vitellio Proconſule Romano cauſam dicturus Romam mittitur, vbi auditis, quę in vtramque partem afferebantur, Viennam Gallię exilio propellitur, vbi bienniò varijs calamitatibus oppreſſus propria ſe ipſum manu confecit: *Euſebius Eccleſiaſt. in Hiſt. lib.* 1. *Caſſiodorus, & Ado in Chron. Oroſius lib.* 7. *c.* 5.

39. Tiberius Imperator à Pilato certior factus de ijs, quę per Chriſtum Ieſum Hieroſolymis miranda gerebantur, illum inter alios Deos coli voluit, ſed re ad Senatum delata, reſtiterunt PP. nolente Deo, inter turbas inanium Deorum Filium ſuum coli, qui erat verus Deus, & Homo. *Egeſippus in Hiſt. Eccleſiaſt. Card. Baron. ad hunc An. Oroſius lib.* 7. *Greg. Turonen. lib.* 1. *cap.* 24.

40. Herodes ab Agrippa accuſatus,

tus, quod in Caium Cæſarem coniuraſſet, perpetuo damnatur exilio apud Lugdunum Galliæ Vrbem; Fortunis, ac bonis omnibus ſpoliatus, animi mœrore confectus eſt. *Card. Baronius* ad hunc Ann. *Egeſippus de excidio Hieruſalem lib.2.c.5.*

41. Romanus Centurio cohortis, quę dicebatur Italica, primus ex Gentibus Fidei Chriſtianę lumen per Petrum Apoſtolum cælitus ea de re admonitum recepit, ac in Chriſtum credidit. *Act. Apoſt.cap.* 10.

43. Thadæus Apoſtolus in Syriam profectus Abagarum Regem, qui Edeſſæ tenebat Sedem, à diutina, ſæuaquè vi morbi immunem reddidit. Scribunt aliqui, quòd Abagarus auditis, quæ per Chriſtum gerebantur, mirabilia, & ſtupenda, dederit, & acceperit ab eo Epiſtolas; ſed cùm ne-

neque Chriſtus ad eum, nec is ad Chriſtum ægritudine oppreſſus, accedere potuiſſet, Pictorem miſerit, qui eius effigiem referret; At radijs è facie coruſcantibus nè incipere quidem opus Pictor potuit; tùm Chriſtus linteum faciei propinquat, & cum protinus impreſſa effigies micuiſſet, ad Abagarum miſit. *Ioan. Damaſcen. de Fide Orthodox. lib. 4. cap. 17. Nicephorus lib. 2. cap. 7. Menologium Grecum die 17. Kalend. Septembris. Hadrianus Papa in Concil. Roman. Euagrius in Hiſtor. lib. 4. cap. 20. Theophanes in Miſciella. lib. 17. Concilium Nicænum II.* de hac Imagine ex fide ſcribunt.

Hanc Imaginem, Acheropoetam olim dictam, geſtatam fuiſſe in ſolemni Litaniarum Proceſſione à Stephano Papa III. refert *Anaſtaſ. S. R. E. Biblioth. in Steph. III.*

Ab

44. Ab aduentu D. Petri in Vrbem, qui hoc Anno contigit, eius Romanus Pontificatus initium ſumpſit, vnde dies ille, qui fuit 18. Menſis Ianuarij celebris habitus, Anniuerſaria vbique feſtiuitate colitur, & Cathedra lignea, in qua Populos docturus inſedit, adhuc integra in eius Baſilica Romę ſeruatur. *Card. Baronius ad Ann. 45. Victorellus in Addit. ad Vitam D. Petri, Papa Euſebius Epiſtola 3. Marcellus I. Epiſt. 1. Greg. 1. lib. 6. Ep. 37. Paulus IV. Conſt. 13.*

Antequam in varias, & longè diſſitas mundi partes diſperſi proficiſcerentur Apoſtoli, ſymbolum Chriſtianæ Fidei compoſuerunt, idquè non ſcripto, ſed traditione communicarunt. *Card. Baronius* ad hunc annum, *Ruffinus in expoſit. Symboli*. Vide *Concilium Moguntinum I. cap. 45. Concilium*

lium Aquiſgranenſe Primo.

Beata Virgo Maria Epheſum cum Ioanne Apoſtolo, cui à Chriſto Ieſu fuerat in Cruce commendata, ſeceſſit. ex Epiſt. Synodi Epheſinę ad Clerum C.P. *Card. Baronius* refert.

Saulus cum in Vrbe nobili Papho arcana Chriſtianę Fidei reſeraſſet, & Elymam Magum magnæ apud illas gētes exiſtimationis depreſſiſſet, Pauli agnomen, ideſt, Mirabilis, Hebręa voce tùm primùm à Sergio Paulo Romano Proconſule eſt conſecutus. *D. Hieron. Epiſt. ad Philemonem.*

45. Iacobum Ioannis fratrem in Hiſpanias conceſſiſſe, eòque Euangelij nuncium intuliſſe, Hiſpaniarum elegantibus verſibus decantant Eccleſiæ. Iacobi corpus Hieroſolymis pro Fide Chriſti ab Herode occiſi, in Gallæciam translatum, Compoſtellæ in-

uen-

uentum ſub Leone Papa III. & Alphonſo Caſto Gallæciæ Rege idem *Leo Papa* perſcripſit.

Marcus à D. Petro Alexandriam miſſus, antequam nauim conſcenderet, in Aegyptum transfretaturus, medio itinere Veneticam Regionem ad Chriſti fidem conuertit. *Sigonius de Regno Ital. lib.* 1. *fol.* 4. *Gregorius* I. *l.* 5. *Epiſt.* 60. Hinc nobili Vrbe condita Venetos Marcum in Patronum, ac Tutelarem accepiſſe, vetus traditio eſt.

48. Hoc anno contigiſſe Virginis Mariȩ pretioſam mortem, ſeù potiùs dormitionem, ſcribit Euſebius in Chronico, erat autem annus ætatis ſuȩ 62. ex *Epiphanio ſerm. de Deipara*, 63. ex *Euſebio loco cit.* Verùm rediuiua Virgo ſimul cum corpore Angelorũ miniſterio in Cœlũ aſſumpta die 15.

Men-

Menſis Auguſti creditur, & colitur ab Eccleſia. *Card. Baronius ad An.* 48. *& in Martyr Rom. Auguſti die* 15.

49. Vt non ſolùm ampla, ſed & certa eſſet operariorum Chriſti, & Fidei Chriſtianæ meſſis, referuntur hoc Anno ſub Claudio Imperatore, cenſa ciuium Romanorum 78. centena, & 44. millia ex *Tacito An. Ro. l.* 11.

51. Concilium Hieroſolymis celebratur, cui interſuere ex Apoſtolis Petrus, Iacobus Alphæi, Ioannes, Paulus, & Barnabas. Decretum eſt, legales figuras, & vmbras ceſſaſſe, animas à peccatis, non corpus circumcidendum fore Chriſti fidelibus, quos à ſeruitute legis Moſaicę Chriſtus exſoluerat. *Actuum Apoſt. c.* 15. Vide *Can. Apoſt. cap.* 4. *lib.* 6. *Conſtit. Apoſtolicarum cap.* 12. *&* 14. *cap.* 28. *Circumciſio, de Pœnit. diſt.* 2.

Por-

Porrò D.Petrus quinquenniò Hierosolymis; ſeptenniò Antiochiæ, Romæ verò 25. Annis, menſe vno, diebus octo ex *Anaſt.S.R.E.Biblioth.* Vel annis 24.menſibus tribus, diebus duodecim ſecundum alios, ſedit.

A D.Petro fuiſſe quatuor Euangelia confirmata, & approbata, antequã illa per orbem vulgarentur, ex fide refert *Anaſtaſius S.R.E. Bibl.in Petro*; Vt hinc ſcias à quanto tempore ea, quæ ad Fidem, & Mores pertinent ſcripta, non niſi Summi Pontificis auctoritate prius firmata, & approbata, à Chriſti fidelibus recipi, & ſeruari. Vide *cap.Denique diſt.*21.*Ioannis VIII. Epiſt.*189.150.*Nicolai I.Decret.de Conſuet.cap.*3.*Concil.Lateranen.III. in Append. tit. de Sponſalibus il ſecondo, cap.* 7. *Conc.Florent.ſeſs.vlt.in Litteris Vnionis. Greg.VII.lib.*8.*Epiſt.*1.

Pe-

69. Petrus ea Chriſti voce admonitus; vt *Egeſippus* ſcribit; *Vado Romam iterum crucifigi*, in Mamertinum carcerem, à quo Fidelium hortatu euitaturus mortem, aufugerat, rediens, vnà cum Paulo martyrium ſubijt; nam cum ad Portam Oſtienſem ambo conueniſſent, diſiungi iuſſi, alter ad alterius collum procumbens, poſt amplexum, & oſculum recedentes, Paulus ad Aquas ſaluias tertio ab Vrbe lapide, Petrus in ea Vaticani collis parte, quæ hodie mons aureus dicitur, pro Chriſti Fide Martyrium ſubiere; & quidem Paulo caput abſcinditur, abſciſſum caput ter corruit, ter proſilijt, ad triplicem Capitis ſaltum triplici perenni fonte Aquam erupiſſe, fama eſt. *Ambroſius, & Chryſoſtomus* ſcribunt, lac mixtum ſanguine ex truncato capite effluxiſſe. Pe-

trius verò capite in terram verſo, pedibus in Cęlum elatis Cruci affixus occiditur Nerone Imperatore. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. ad An. 45. Anaclemus Papa Epiſtol. 3. Cornelius Papa Epiſt. 1. Io: Baptiſta Egnatius lib. 1. Principum Rom.*

70. Clemens Papa, vt illuſtria fidelium facimora ſtabili monumento ad poſteros deuenirent, exemplo Apoſtolorum ſeptem elegit viros, qui omnia, & ſingula litteris, ſcriptiſquè demandarent. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Clem. I.* Hi poſtmodum florente Eccleſia, & etiamnum Prothonotarij appellantur; de horum auctoritate, & Priuil. Vide *Concilium Lateranen. V. ſeſs. 10. Conſtitut. 2. Leonis X. Conſtit. 10. Regimini. Pij II. Conſtit. 4. Cum ſeruare. Concil. Trid. ſeſs. 24. de Reform. cap. 11.*

Ne-

71. Nero Imperator, qui Petrũ, & Paulum martyrio ſuſtulerat,& primus aduerſus Chriſti Gentem perſecutionem mouerat, ſummo noctis ſilentio, vt apud *Acta Lini* habetur, Petri, Paulique obuerſata ſpecie, aliјſque ſomniorum portentis adeò confractus eſt animo, vt cum alium Imperatorem electum audiſſet, ſequè vidiſſet prætoriano milite deſtitutũ, ferrum iugulo adegit iuuante Epaphrodito à libellis. *Suetonius Tranquillus in Nerone. Io: Baptiſta Egnatius in Domitio Nerone.*

Sergius Galba, qui Neroni ſucceſſerat, ab Othone interficitur, Otho à Vitellio, Vitellius à Veſpaſiano premiſſis ab Oriente copijs, vbi tùm morabatur, opprimitur, ità anni vnius ferè ſpatio quatuor vidit Roma Imperatores. *Eutropius lib. 7. Hiſt. Rom.*

Digitized by Google

Suetonius Tranquillus in Veſpaſiano Auguſto ſcribunt. Sæuientibus inter ſe ferro Imperatoribus in Eccleſia Chriſti quies.

72. Regnum Hieroſolymitanũ, quòd Iudæorum fuit, Cn. Pompeius ſub Romana ditione ſubegit, mox Herodi Idumęo ſub tributo traditum ab Herode ad Archelaum, Antypam, atque Liſaniam deuenit, dein in Prouinciam redactum, dum Romani Præſides per ſęuitiam, atque libidinem ius regium ibi exercent, ſeditione Populi facta, milites Romanos, qui in præſidijs erant, Iudęi contrucidant. Vt rebellis gens confringeretur, Veſpaſianus à Nerone miſſus, fortuna, fama, & egregijs miniſtris intra duas æſtates Vrbes omnes, pręter Hieroſolymam, domuerat. Verùm ad Imperij faſtigium euectus

Ro-

Digitized by Google

Romam rediens Tito Filio, vt quod reliquum erat belli, perficeret, commiſit. Is domeſtica patris gloria incenſus longa obſidione, multa vtrinque cęde, plurimo ſanguine, die octaua Septembris, Vrbe tandem Hieroſolyma potitus eſt. *Eutropius lib. 7. Hiſtor. Roman. Suetonius Tranquillus in Tito*. Tunc adimpletum, quod Chriſtus Ieſus videns Hieroſolymam, & flens ſuper illam, prędixerat. *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te, & ad terram proſternent te*. *Luc.* 19. Sic Iudęi de Chriſti morte iuſtas dedere poenas, & ſanguis à Chriſto effuſus ſuper illos, vt petierant, venit. *Ioſeph de Bello Iudaico lib.6.c.14.15.*

75. Martialis Galliarum dictus Apoſtolus è viuis exceſſit. Hic D.Petri Diſcipulus in Germaniam, & Gal-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

lias fuerat miſſus vnà cum Matthæo altero Diſcipulo, qui cum in itinere vita functus eſſet, rediijt Martialis ad Petrum, qui protinùs ei pręcipiens, dixit: *Accipe Baculum, & tangens eum dic, vt in nomine Domini ſurgat, & prędicet;* & ità D. Petrus remouit à ſe Baculum Paſtoralem, & dedit Diſcipulis.

Hinc factum eſt, vt Romanus Pontifex eo minimè vtatur; Pręterea propter myſticam rationem, quia Baculus habet in ſummitate accuruationẽ, quaſi ad trahendum, quod non eſt neceſſarium Romano Pontifici, quia nullus ab illo diuertere poteſt finaliter, quia Eccleſia non poteſt eſſe nulla *cap. Pudenda.* 24.*q.* 1. Vel quia per Baculum deſignatur coercitio, ſeù caſtigatio, ideo alij Pontifices recipiunt à ſuis Superioribus Baculos, quia ab

Homi-

Digitized by Google

Homine poteſtatem accipiunt, Romanus Pontifex non vtitur Baculo, quia poteſtatem à Deo ſolo accepit. Recuruatio ſignificat, eum, qui non benè rexerit, ab eo, qui dedit Baculum, recuruandum, ideſt, remouendum, quod in Romano Pontifice locum non habet. Adſunt & in Baculo aliæ ſignificationes, quæ his verſibus comprehenduntur.

In Baculi forma, Præſul, datur hæc tibi norma;

Attrahe per primũ, medio rege, punge per imum,

Attrahe peccantes, rege iuſtos, punge vagantes,

Attrahe, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta:

Vide *cap. Cum veniſſent de Sacra Vnctione, & Gloſſam ibi. Gem. de Antiquitate Rit. Miſſæ lib. 1. cap. 218. Innoc.*

Digitized by Google

noc. III. *cap. Cum veniſſet de Sacra Vnctione.* Lucianus S.Petri diſcipulus pro Chriſto capite obtruncatur, illudquè ad tria milliaria præ manibus geſtat. *Bollan. Act.* 55. Idem pręſtitit ad annum 276. ad locum, vbi tumulandus erat, Sabinianus, iubente Aureliano cęcus, cuius etiam ſanguinem ipſius martyris iuſſu collectum, lineiſquè inuolutum, milites ad Aurelianũ deferunt, cùmque explicatis coram Imperatore lineis, non aliud, quàm lilium, & roſæ apparuiſſent, & ille faciei admouet, oculumque ſagittæ ictu, dum ſagittis configi Martyrem iubet, cęlitus amiſſum, lumenque recuperat. *Giraldus in Diario.*

83. Domitiani iuſſu Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta ab Epheſo, vbi tum morabatur, Romam ductus ante Portam Latinam propè Vrbis mu-

muros in ſeruentis olei dolium immittitur, ex quo cum purior, ac vegetior emerſiſſet, in Pathmos inſulam intra Aegeum mare deportatus, ibi Euangelium contra Ebionem, & Cerinthum Chriſti Ieſu Diuinitatem negantes, perſcripſit, arcana cœleſtia per figuras, & Tropos literis Diuina Apocalypſi edita mandauit. *Euſebius in Chronico. Concilium Tolet. IV. c.* 10. *Gelaſius in Concil. Rom. Prouinciali. cap. Sancta Romana diſtinct.* 15. *Concil. Trident. ſeſs.* 4. *in Decr. de Canonicis ſcripturis.*

100. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtę pretioſa mors contigit. At Domitianus, qui ſe Dominum, ac Deum haberi iuſſerat, vt *Eutropius l.* 7. *Hiſt. Rom.* refert, quiquè Ioannem exilio afflixerat, & ſecundam aduerſus Chriſti gentem perſecutionem indixerat, mi-

miſerè confoſſus occubuit. *Suetonius Tranquillus in Flauio Domitiano, Eutropius lib.7. Hiſt. Rom.* ſcribunt.

Hyppolitus Martyr in libello, ſeu oratione de conſummatione Mundi tradit, Ioannem in Terris adhuc degere, & viuum à Deo ſeruari, vt cum Enoch, & Elia aduerſus Antichriſtum pugnaturus exurgat, vt ſic à triplici naturæ, legis, & Euangelij ſtatu per tres electos Duces, ac Magiſtros Antichriſtus expugnetur, orbis inſtruatur.

Verùm *Card. Baronius in Annalibus, Card. Bellarminus de Scriptoribus Eccleſ.* communis fidelium ſenſus, & opinio Ioannem Euangeliſtam verè fuiſſe mortuum, pro comperto habent. *D. Hieronymus, Euſebius, Polycrates*, & alij ſummi Viri, Epheſi tumulum, quo Ioannis corpus conditur, præclarum

Digitized by Google

rum miraculis ſe inſpexiſſe,teſtantur. Eccleſia Catholica natalem eius diem in cęlis, qui in terris eſt obitus,die 27. Decembris ſolemniter celebrat.

Dionyſius Areopagita à Clemente Papa Pariſios miſſus ob Chriſti fidem Martyrium truncato capite ſubijt, quod à Dioniſij dextera geſtatum ad duo millia paſſuum,*Eccleſiaſtica in Hiſtoriá Nicephorus* ſcribit.

103. Reddita per Titum Veſpaſiani Filium Eccleſię libertate, data Fidelibus pace, Anacletus tum *P*ontifex propitij temporis occaſionem nactus, Diuinos Ritus, Sacraſquè Cæremonias auxit. Sacerdotes, dum ſacra obirent, inſigni veſte decorari, ſacra ſolemnia non vbique peragi, ſed ſacris ſacellis tantummodo iuſſit; Demum, vt Romana Eccleſia cæteras omnes, dein Alexandrina, tertio

loco

loco Antiochena dignitate anteiret, definiuit, vt patet ex eius *Epiſt.* 2. *&* 3. Vide *cap. Antiqua. de Priuilegijs, cap. Nolite. diſt.* 11. *cap. Nemini eſt. diſt.* 17. *c. In nouo. diſt.* 21. *& cap. Quamuis. cap. Omnes, & cap. Sacroſancta. diſt.* 22. *cap. Significaſti. de elect. cap. Si Papa. de Priuil. in* 6. Sunt & aliȩ Summorum Pontif. *Decret. Epiſtolæ*, nempè *Pij I. Epiſt.* 2. *Innocentij* I. *Epiſt.* 22. *&* 24. *Iulij I. Epiſt.* 1. *Ioannis II. Epiſt.* 2. *Gelaſij Epiſt.* 9. *Pelagij II. Epiſt.* 8. *Adriani I. Epiſt.* 1. *ad Taraſium. Nicolai I. Epiſt.* 8. *Damaſi Papæ Epiſt.* 4. *Ioannis VIII. Epiſt.* 199. 251. *Leonis IX. Epiſt.* 5. Adſunt demum, *Concilium Nicænum II. Act.* 2. *Concilium Auguſt. cap.* 1.

112. Tertia aduerſus Eccleſiam mota à Traiano perſecutione, Euariſtus tunc temporis Summus Pontifex ſeptem delegit viros, qui Fidei, & Ec-

Eccleſię propagandæ manu, ope, conſilio incumberent; His Vrbem in totidem regiones diuiſam tradidit, qui certis Fidelium dicatis ędibus ſacra operabantur, habebant conciones, cumquè eſſent inſigni pręterea veſte, & ornatu venerabiles, totius Chriſtianę rei ſumma, & cardo penes eos verti videbatur, inde Cardinales in Romano Primo Concilio ſub D. Sylueſtro Papa Primo appellati; ſub Ioãne Papa VIII. auctus eſt eorum numerus vſque ad ſeptuaginta, ſimilitudine ducta à 70. Chriſti diſcipulis, ſeu ſeptuaginta Moyſis Senioribus, & Conſiliarijs: Pręclarè autem aucta eſt eorum dignitas à Nicolao II. vt habetur *cap. Si quis. diſt. 79.* tum à Gregorio Papa VII. qui ius, poteſtatemquè Romanos Pontifices eligendi ab Imperatoribus ad Cardinales tranſtulit; nã va-

varia pro temporum varia conditione, vel Romani Cleri, Populiquè ſuffragijs, vel Gothorum Regum in Italia violenter dominantium, tùm & Imperatorum reſcripto gliſcentibus in Vrbe eligentium Ciuium, & Presbyterorum factionibus, fuerat Summorum Pontificum electio; Demùm ad ſolos Cardinales translata potestas eligendi Romanum Pontificem, hucuſquè ſartatecta ſeruatur, varijs, ijſque ſanctiſſimis circa modum, & formam in ea electione ſeruandam editis Conſtitutionibus, ac Decretis à *Gregorio X. Alexandro III. Paulo II. Pio IV. Gregorio XV.* nuperrimè ab *Vrbano VIII.* qui legem electionis Summi Pontificis per ſecreta ſuffragia à Gregorio XV. latam in ſuimet electione primò expertus probauit, confirmauit. Vide *Conſtit.* 13. *Greg. XV.*

Aeter-

Aeterni Patris, *Conſtitutionem 45. Vrbani VIII. ad Romani.*

120. In Cilicia apud Salinuntem Vrbem, quæ deinde Traianopolis eſt, vita fungitur Traianus, qui tantæ virtutis fuiſſe dicitur, vt, cùm Cæſares deinde acclamarentur, hac populari voce, *Fælicior Auguſto, melior Traiano*, inaugurati initiarentur; in Honorem Traiani multa Senatus decreuit, illud in primis, vt *Optimus* appellaretur. *Dio Caſſius in Traiano.*

Hinc orta controuerſia eſt; An anima Traiani precibus D. Gregorij Papæ *I.* ab inferis fuerit liberata.

Et quidem pro ſententia affirmatiua *Abulenſis q. 57. in 4. lib. Reg. Alphonſus Ciaconus in ſua Apologia*, quam pro ea ſententia edidit; recenſentur. Et hi quidem fundantur in auctoritate *D. Damaſceni in orat. pro mortuis*, vbi di-

dicit, orationibus S. Theclæ liberatam de inferno animam Falconillæ Fœminæ Paganæ, & orationibus S. Gregorij Papæ animam Traiani Imperatoris.

Pro negatiua, & communi afferuntur *Sotus in 4. diſt. 4. q. 5. Canus de locis Theolog. lib. 11. c. 2. Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 2. p. 2. cap. 13. & tom. 4. diſp. 11 q. 1. p. 2. cap. 13. Petrus Tyreus de Apparitione Chriſti; Bellarminus de Purg. lib. 2. c. 8.* vbi hanc controuerſiam ex profeſſo examinat, rationes, & fundamenta Ciaconi euertit, & quatuor ipſe argumenta ſolidiſſima pro negatiua, & communi ſententia adducit.

S. Thomas *in 4. d. 45. q. 2.* vbi hanc Quæſtionem ex profeſſo tractat, docet, probabiliſſimum eſſe, animam Traiani liberatam ſolùm à pœnis Inferni vſque ad diem Iudicij, ac deinceps

ceps

ceps cruciandam cùm cæteris.

121 Inter Miſſarum ſolemnia, Panem, Vinumque aqua permixtum, nec aliud quidpiam offerri, ſanxit *Alexander* I. irrepſerat enim, vt alia quoque offerrentur nonnullorum ſuperſtitione, & corruptela.

Ad fugandos impuros ſpiritus, mẽtemque ab omni labe mundandam, aquam ſale conſperſam, & varijs deprecationibus ſanctificatam ex Apoſtolica traditione inſtitutam (vt *Clemens Papa Conſt. Apoſtol. lib.*8. refert) in ſacellis, & cubiculis detineri idem Alexander inſtituit. Vide *c. Aquam. de conſecr.diſt.*3. *Anaſtaſ.S.R.E. Bibliothe c.ad hunc annum.*

140. Cum in Aegypto Valentinus, in Phrygia Montanus, in Ponto Marcion, in Syria Saturninus viam libidini aperuiſſent, Polycarpus, Iu-

ſtinus, Irenęus, ſueti alioquin leges dare, iudicium, & auctoritatem Romani Pontificis implorant; nec cunctatus Pontifex (Teleſphorus is erat) aduocatis cæteris, cum quibus diſputatio ineunda erat, tàm appoſitè dixit, vt illi protinùs ſe in poſterum diſcipulos, & aſſeclas Romani Pontificis futuros profiterentur. Miſſarum ſolemnijs ter repetitis Natalem Chriſti celebrari, & Quadrageſimale ieiunium ex Apoſtolica traditione deriuatum Teleſphorus præcepit. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth.* ſcribit. Vide *c. conſuluiſti. de celebrat. Miſſarum, & Concil. Tolet.* 2. *c.*8. *c. in iſtis temporibus. c. Quadrageſ. diſt.*1.

167. Controuerſiam, quæ diù Eccleſiam vexauerat, An ſacrum Paſchatis feſtum celebrandum eſſet poſt vernum Aequinoctium decimaquar-

ta

Digitized by Google

ta Luna, quacunque die contigiſſet, vt mos eſt apud Hebræos, An verò Dominica tantùm die, Pius Papa I. diremit, definiens, Dominica tantùm die celebrandum; nam Angelum Domini in habitu Paſtoris ad Hermetem veniſſe, & præcepiſſe, vt die Dominica Paſcha celebraretur, *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth.* refert. Vide *c. noſſe. de conſ. d. 3. & c. celebritatem. c. Paſchæ. ſolemnitas. eadem diſt. Concil. Rom. Palæſt. Ponticum, Oſroenum ſub Victore I. lib. 1. conſtit. Apoſtolic. c. 16. epiſt. 1. Pij I. ep. 1. & 2. Victoris I.*

175. Non niſi ante cibum, poſtumquè ſacra obiri, cum antea inter communem cibum, epulaſque miſcerentur, Soter Papa iuſſit; Commeſſationes huiuſmodi, & cœnæ *agàpes* dicebantur. Nè Diaconiſſæ miniſtrantes menſis mulierum (vti menſis viro-

rum miniſtrabant Diaconi) ſacra vaſa attingerent, Soter Papa inhibuit. *Anaſt.S.R.E.Biblioth.in Sotero*. Vide *lib.3.conſtit. Apoſtol.cap.15.Concilium Epaun.c.21.*

Tiberius II. Imperator cùm fortè perambularet in aula animi cauſa, ſpectauit Crucem affixam ſolo; effodiendam, iuſſit, deinde alteram, & alteram, demum detexit theſaurum, quem vti erat pijſſimus, erogauit in pauperes. *Platina in Benedicto I.*

176 Cum apud Carnutum in Germania vndiquè à Marcomannis, Sarmatis, alijſque efferatis hoſtibus circumſecti detinerentur Romani milites, & aqua eis defeciſſet, verſique ſupplices ad gentilitios Deos incaſſum mitterent voces, vota, preces; Chriſtiana legio ex Melitena Ciuitate Armeniæ genibus flexis Chriſtum pre-

cata

cata, ſtatim viſum eſt, denſo operiri Cœlum nimbo, qui protinùs in procelloſum, vehementemque effuſus eſt imbrem; tonitrua,fulgura, fulmina, glomerata grando, nix alta,vt hoſtem deiecit, ità Romanos milites diſcrimine eripuit ingenti, ac læta victoria cumulauit. Ex ea die Chriſtiano ſanguine temperarunt Romani illi Imperatores. *Euſebius hiſtor. lib.5. Tertullianus in Apolog. contrà gentes* ſcribunt.

179. Lucius Britannorum Rex ab Eleutherio Pontifice petit, & impetrat, vt Chriſtianus cum tota ſua gente fiat. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Eleuth. Tertullian. aduerſus Iud. c.7. Beda, Ado*, & alij *in Martyrol.* ſcribunt.

Eleutherio pariter Romanam Eccleſiam regente ſacrarum litte-

Digitized by Google

rarum oracula ex hebraico idiomate, quo primùm diuinitùs data, Theodoctionis viri Epheſij ſtudio in græcam linguam translata, non tamen in omnibus recta, vti hominis, qui ex hæretico Marcioniſta factus erat Iudæorum proſelytus. In idem tamen opus quingenteſimum circà antè annum ſeptua ginta duo ſenes ex ſingulis Tribubus electi, & ex Iudæa à Ptolomæo Rege Aegypti Alexandriam conuocati viri acri ſtudio feliciter rem abſoluentes inſudarant, in quo illud admirabile à pleriſque traditur, ſingulos ſeorſim è ſingulis cellis in eandem non modò ſententiã conueniſſe, ſed eadem planè verba interpretando protuliſſe. *Io. Horatius Scoglius in ſua hiſt. Eccleſ. ad hunc an.*

198. Orto inter Romanam Eccleſiam, & Aſiæ minoris Epiſcopos diſſi-

diſſidio, quo potiſſimum die Paſchatis feſtum celebrandum foret, conſultis Victor Papa toto Orbe Chriſtiano Epiſcopis, cùm comperiſſet, totum ferè Chriſtianum Orbem in eam concordare ſententiam, vt proxima die Dominica poſt 14. Lunam verni Aequinoctij celebraretur, quo die Chriſtus Dominus è tumulo reſurrexerat, pertinaces in ſuo ſenſu Aſiæ Minoris Epiſcopos à Fidelium communione ſeiunxit. *Anaſtaſius S. R. E. Biblioth. in Victor.* Vide *c.celebritatem.de conſ.d.3.* Contendebant Aſię Epiſcopi 14. Luna celebrandum fore Paſcha, quia tunc Chriſtus Paſcha, ac Phaſe cùm Diſcipulis celebrauit, & talis mos fuerat inductus à Ioanne Apoſtolo in Epheſinam, cæteraſquè Minoris Aſiæ, quas rexerat, Eccleſias. *Platina in Victore. Starouolſcius in epit. Concil.*

Digitized by Google

203 Origenes adhùc in viridi æ-tate auſus eſt ſupra ætatem facinus, nã cum Leonidem Patrem vinculis te-neri, ac pro Chriſtiana fide ad necem deſtinari cognouiſſet, ad certamen accenſus, ſe non modò filium, ſed eiuſdem fidei profeſſorem oſtentat, præreptuſque foret immaturè is, qui matura ætate, celebre Eccleſiæ lumen erat futurum, ni mater ad ſummum diſcrimen ruentem ſalubri detinuiſ-ſet dolo, nam cum ad Agonem eum proru pturum ante lucis ortum præ-ſenſiſſet, noctu cubiculum filij dor-mientis ingreſſa, indumenta, veſtem-què, quibus in publicum prodiret, ſubtraxit. *Euſebius Eccleſiaſt. in hiſtor.* ſcribit. Verùm ò quàm contigiſſet Origeni feliciùs, & omninò melius, tunc temporis, & adhuc adoleſcentu-lo Martyrium pro Chriſti fide cum

Patre

Patre ſubire, quàm martyrio matris arte ſubtracto ad ann. vſque 69. vitam protrahendo, totquè ingentia conflã-do volumina notam vel Hæreſis, vel infidelitatis poſt mortem ſubire; ferunt enim aliqui, eum è Platonis doctrina plures Hæreſes hauſiſſe, ideoq; à Romanis Pontificibus, SS.PP. Theologis Scholaſticis, ipſiſque Concilijs, præſertìm V. Oecumenica Synodo damnatum; Alj verò thus Idolis in perſecutione Decij obtuliſſe. Vide *Philippum Labe, & Card. Bellarmin. de Script. Eccleſ.*

220. Zephyrinus Papa ligneis calicibus ſublatis vitreos ſuffecit; *Anaſtaſius S. R. E. Bibl.* ſcribit; tum in Triburien. & Rhemenſi Concilio vtriſque ſublatis, vt in aureo, vel argenteo calice vinum, ſanguiſque libaretur, ſtatutum. Et quidem interroga-

tus

tus Bonifacius Martyr, & Epiſcopus, An liceret vti ligneis calicibus, reſpõdit: *Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur, nunc è contrario lignei Sacerdotes aureis vtuntur calicibus.* Vide *c. Vaſa. de conſecrat. diſt. 1. c. omnis. Presbyter. de conſecr. diſt. 4. Concilium Illerdenſe c. 7. Concil. Triburien. 1. c. 18. Concil. Coiacen. c. 3. Conc. Oxon. 1. c. 3. Eboren. 1. Londinen. c. 5.*

222. Alexander Seuerus Imperator ipſo Imperij ſui primordio ferè decenniò diſſonis à nomine factis in Chriſtianos fuit, nam cum à Chriſtiano viro, cui nomen Proculus, oleo vnctus morbo conualuiſſet, Chriſtum in Larario ſuo habuit, cohibuitquè in Chriſti gentem frementem populum, cui in eandem crudelitatis habenas, poſtmodum laxauit, ac quintam perſecutionem mouit.

Et

Et quidē ſi Seuerus deinceps Chriſtiano ſanguini peperciſſet, nullus eo ſanctior, nullus fuiſſet iuſtior, illa enim ex ſacris litteris frequens ei ſententia erat in ore, quod tibi nolis, id in alterum caueas. *Egnatius lib.* 1. *Princ. Rom. Bellarm. in Chron.*

224. Cùm ad peragendas ſynaxes elegiſſent Fideles publici iuris locum, quem Pagani ad ſe ſpectare contendebant, re ad Alexandrum Imperatorem delata, reſcripſiſſe ferunt, *Satius eſt illic quomodocunquè Deum coli, quàm Popinarijs dari. Egnatius lib.* 1. *Principum Roman. in Alexandro Seuero,* quo reſponſo erectus Calixtus Papa, ſacellum in eo erexit, illudque ipſum fuiſſe, vbi olim trans Tyberim Taberna meritoria erat, hodiè verò Deiparę Virgini dicatum, *Card. Baronius* putat. Vide *Anaſtaſ. S. R. E. Biblioth. in Calixto.*

226 Nu-

226. Nuptias inter Agnatos, Affineſque Calixtus Pontifex primò interdixit. Vide *c.coniunctiones. 35. q.2. & 3.c.non debet.de conſanguinit.& affinit. & c.ſuper his.*

Quattuor anni ætates, dum certas Hyemis, Aeſtatis, Autumni, & Veris dies ieiunio dedicat, ſacroſanctas Calixtus fecit. & ſanè ieiunium, quod ex Apoſtolorum traditione manarat, nō inſtituit, ſed decreto Calixtus firmauit. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth.& Platina* ſcribunt. Vide *c.Ieiunium.diſt.16. per totam. Concil.Magont.4.c.47. Conc. Colonien.11.p.4.c.6. Concil.Senonen.c.7.*

233. Ne vllus ad Epiſcopale munus, ni in ſacris conſtitutus, eligeretur Vrbanus I. inſtituit. Vide *c.nullus Epiſcopus.diſt.60.Concilium Claramontanum c.7.Concilium Trident. de Reformat.ſeſſ. 22.c.2.*

In-

Inter ſacros ordines Subdiaconum Vrbanus primò numerauit. Vide *c.nullus in Epiſcopum. diſt.60. c.omnium, & cap.erubeſcant.diſt.32.c.A multis. de ætate, qualitate &c. & c.1. de temporibus ordinationum.Concil.Florentinum ſeſſ.vlt. in Decr. Eug. Concilium Trident.ſeſſ.23. c.2.*

238 Cum dubij hęrerent fideles, quem Virum Anthero Pontifici ſubſtituerent, proſpexere deſcendentem è Cœlo Columbam ſupra Fabiani caput, qui in eodem Cętu ad Comitia celebranda aderat, quo accepto ſigno Pontifex Summus Fabianus eligitur, *Euſebius lib.6.Hiſt.c.22.Bellarm. in Chron.*

Maximinus vtroque parente barbaro natus ſæuam, ac ſextam contrà Chriſti gentem perſecutionem mouit, ſed Romano Populo inuiſus ferro inte-

Digitized by Google

226. Nuptias inter Agnatos, Affineſque Calixtus Pontifex primò interdixit. Vide *c.coniunctiones.* 35. *q.*2. *& 3.c.non debet.de conſanguinit.& affinit. & c.ſuper his.*

Quattuor anni ætates, dum certas Hyemis, Aeſtatis, Autumni, & Veris dies ieiunio dedicat, ſacroſanctas Calixtus fecit. & ſanè ieiunium, quod ex Apoſtolorum traditione manarat, nõ inſtituit, ſed decreto Calixtus firmauit. *Anaſtaſius S.R.E.Biblioth.& Platina* ſcribunt. Vide *c.Ieiunium.diſt.*16. *per totam. Concil.Magont.*4.*c.*47. *Conc. Colonien.*11.*p.*4.*c.*6. *Concil.Senonen.c.*7.

233. Ne vllus ad Epiſcopale munus, ni in ſacris conſtitutus, eligeretur Vrbanus I. inſtituit. Vide *c.nullus Epiſcopus.diſt.*60.*Concilium Claramontanum c.*7.*Concilium Trident. de Reformat.ſeſſ.* 22.*c.*2.

In-

Inter ſacros ordines Subdiaconum Vrbanus primò numerauit. Vide *c. nullus in Epiſcopum. diſt. 60. c. omnium, & cap. erubeſcant. diſt. 32. c. A multis. de ætate, qualitate &c. & c. 1. de temporibus ordinationum. Concil. Florentinum ſeſſ. vlt. in Decr. Eug. Concilium Trident. ſeſſ. 23. c. 2.*

238 Cum dubij hęrerent fideles, quem Virum Anthero Pontifici ſubſtituerent, proſpexere deſcendentem è Cœlo Columbam ſupra Fabiani caput, qui in eodem Cętu ad Comitia celebranda aderat, quo accepto ſigno Pontifex Summus Fabianus eligitur, *Euſebius lib. 6. Hiſt. c. 22. Bellarm. in Chron.*

Maximinus vtroque parente barbaro natus ſæuam, ac ſextam contrà Chriſti gentem perſecutionem mouit, ſed Romano Populo inuiſus ferro inte-

Digitized by Google

interemptus cadit. *Egnat. lib.* 1. *Principum Rom. in Maximino.*

Non deſunt Hiſtorici, qui dicant, Maximinum, vbi filium ſuum ante oculos ſuos occidi, vidiſſet, propria ſe manu interfeciſſe. *Iulius Capitolinus in Maximino.*

Philippo Imperatori Chriſti fidem illuxiſſe. *Euſebius lib.* 6. *Hiſt. Egnatius lib.* 1. *Principum Rom.* ſcribunt, & ideò eo imperãte, ſicut ſub Gordiano prius, pacem Eccleſia nacta eſt.

250. Valeriano, & Gallieno Imperatoribus Claudius Præſes S. Pontianum affici martyrio iubet, ſed eadem hora Claudius linguam ſibi dentibus præſecat, & vnà cùm aſſeſſore à Dæmonibus præfocatur. Valerianus à Sapore Perſarum Rege in pręlio captus, nunquam libertatem eſt aſſecutus, ſemper ignominioſè habitus.

Gal-

Gallienus deniquè Mediolani à militibus peremptus. *S. Antoninus Chron. p.1.tract.7.c.7.ſſ.4.*

253 Fabianus Papa in ſeptem Regiones Vrbe diuiſa, totidem Diaconos creauit, qui pauperum curam haberent, necnon ſeptem Subdiaconos, qui Martyrum acta à Notarijs iuſſu D. Clementis Papæ perſcripta, ſedula cura colligerent, collectaquè cuſtodirent in Poſterorum memoriã, & exemplũ, nam ſeptimam in Chriſti Populum perſecutionem Decius Imperator excitarat. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Fabiano.*

254 Cornelius Papa eligitur, interfuit Comitijs non ſolum Clerus, ſed etiam Romanus Populus. Fideles, qui ſub Decio timore perculſi, Dijs immolauerant, multis datis Pœnitentiæ ſignis ad priſtinos honores,

&

& gradus Cornelius Papa reſtituit; id iniquiùs ferens Nouatianus, non eſſe dandum pœnitentiæ locum ijs, qui à fide defeciſſent, dictitãs, in Romanam irrepſit Sedem, primum Schiſma in Eccleſiam induxit. *Epiphanius hær.59. D.Auguſt.hær.38. Anaſtaſius S.R.E.Bibliotb. in Cornelio.*

258. Baptizatos ab Hæreticis eſſe rebaptizandos Conuentus Epiſcoporum in Africa, & S.Cyprianus cenſebant, ſed ea de re conſultus de more Stephanus Papa, non eſſe rebaptizandos, reſpondit.

Verùm, reſponſum hoc eſſe cum grano ſalis intelligendum, ſuadet primò, quod dicitur *c.de Arianis de conſ. d.4.* vbi definitur, rebaptizandos eſſe Arianos, ſi in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis non fuerint baptizati. Suadet ſecundò, quod refert *Anaſtaſius*

S.R.E.

Digitized by Google

S.R.E. Biblioth. in Pio, qui conſtituit, Hæreticum venientem ex Iudæorum Hæreſi ſuſcipi, & baptizari. Suadet tertiò *D. Auguſt. lib. de Hæreſibus initio*; & ratio redditur, quia aliqui Hæretici poſſunt eſſe baptizati nulliter, quatenus in eorum baptiſmate contigit error circa materiam, vel circa formam. Suadet tandem quartò *Concil. Nicæni* 1. *can*. 19. quod Cataphrygas, & Paulianiſtas rebaptizandos eſſe, præcepit. Vide *can*. 68. *Apoſtolorum*.

260. Ptolomaide in Aegypto circa Trinitatis myſterium Sabellij error irrupit; aſſerebat enim Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum non eſſe tres perſonas, ſed tria nomina vnius Perſonæ. Verùm Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, licèt magnæ eſſet in vniuerſa Aegypto auctoritatis, non eſt auſus quicquam determinare, ſed

re ad Summum Pontificem Sixtum delata, eius reſpōſum vice oraculi fuit. *Euſebius l.7.c.3. Baron. ad hunc. an.* Vide *Alexandri I. epiſt. 1. Benedicti I. epiſt. vn. Concil. Carthag. 2. c. 1. c. omnes de conſecr. d. 3. Concil. Lateran. 4. c. 1. Conc. Moguntinum 4. c. 1.*

262. Valerianus Imperator, qui octauam perſecutionem in Chriſti nomen inuexerat, in Meſopotamia cum Sapore Rege Perſarum congreditur, capitur, & tanquam vile mancipium miſerrimè conſenuit; non pretio, non precibus, vt liberum dimitteret, induci vnquam potuit barbarus Rex, ſed ſuperbo faſtu, quoties equum conſcenderet, veluti ſuppedaneo ſubſellio Valeriano vtebatur. *Iulius Capitolinus in Valeriano. Eutropius lib. 9. Hiſt. Rom.* referunt. Eadem barbarie vſum Scytharum Regem Tamerlanum aduerſus

ſus Baiazetem Turcarum Tyrannum anno Domini 1397. accepimus.

264. Errorem de millenaria beatitudine erutum ex Apocalypſi Ioannis *c.*20. vbi cum Chriſto mille annis regnaturi Iuſti dicuntur, perdoctè cõpreſſit Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus ex eodem Apocalypſis textu, vbi Iuſti dicuntur ęternùm regnaturi, atque illo millenario, gloriæ perpetuitatem per figuram eleganti quadam loquendi formula indicari, aſſeruit. *Euſebius lib.7.c.19.*

262. Dionyſius Papa primus fuit, qui Epiſcopis certos fines, limiteſquè conſtituendo, lege ſanciret, nè quiſpiam extra præfinitam regionem, Diœceſim appellant, Pontificia exercere auderet munia, *Anaſtaſ. S.R.E. Biblioth.in Dionyſio.* vide *c.illud. diſt.7. & ſeqq.cap.extra cauſam de probationibus.*

cap. quia iudicante de præſcriptionibus.

279. Carus Imperator, quamuis Ethnicus Eccleſiam Theſſalonicēſem à tributis immunem fecit. *l.8.c.de ſacroſanctis Eccleſijs.* vide *Greg.I.lib.*11. *& Reg.epiſt.*56.*& lib.*8.*epiſt.*64.*Conc. Conſtantienſe poſt vltimam ſeſſ. in confir. conſtit. Imperialium. Concilium Vernen. c.*19.*Concilium Rauen.*1.*ſub* Honorio IV. *cap.*6.

Verùm petentibus Imperatoribus licere Clericis tributum dare, habetur *c.Si tributum.*11.*q.*1. *Nicolaus I.epiſt. ad Michaelem Imperatorem. Bellarminus tom.*2.*controu.lib.*1.*c.*28.

283. Perſecutione decima à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus mota, Eutychianus *P*apa 324. Martyrum corpora propria manu cōdidit, iuſſitque SS. Martyrum corpora Dalmatica, purpureoq; colobio condi,

di, quem honorem ad Clericos poſteà ſacris initiatos tranſiſſe, *ex D. Gregor. Papæ literis in 4. lib. Reg. c. 48.* habetur. vide *c. communis. diſt.* 23.

300. Victor, & Vrſus vnà cum Legione Thebana pro Chriſti fide, ſuccubuere martyrio, & trunci capite demerguntur in flumen. At paulò poſt ab aquis emerſi, ſinguli ſingula capita deferentes ad locum pergunt, vbi optabant humari, & quieſcunt. *Io. Seuer. pret. mort. Iuſt. Annot. in morte Seuerini Boætij.*

304. Dorothea Virgo ad ſupplicium ducta hilari vultu, ſerena fronte gladium expectat, dictitans, eo ſibi ad Paradiſum aditum patefieri; ridentibus cunctis, qui aderant, proclamat Theophilus cauſarum Patronus per iocum: *Mitte nobis è Paradiſo, & amæno Viridario roſas;* tum breui ad Deum

facta oratione, puer ſumma hyeme, tres rubentes ferens roſas, Virgini offert, at illa ad Theophilum ferri iubens, eundem ad Chriſti fidem conuertit, & ex irriſore fidei defenſorem fecit. *Surius tom.* 1. *die* 6. *Febr. Baronius ad hunc Ann.*

305. Marcellinus Papa ſiuè precibus, ſiuè minis à Diocletiano ad immolandum in Templo Veſtæ Idolis adductus, facti pœnitens Sinueſſę frequenti P.P. habito Senatu, crimen deteſtatus, indignum ſe ſummo Pontificatu dixit, ac ſe amoueri efflagitauit; ſed reſponderunt P.P. *Prima Sedes à nemine iudicatur, Tu Reus, Tu Iudex.*

Verùm licèt de hoc Marcellini lapſu, & tota huiuſmodi narratione Card. *Baronius* in auctoritate quadam *D. Auguſt. lib. contra Petilianum cap.* 16. fundatus, valdè dubitet, conſtanti ta-

men

men opinione, ac fama fidem retinet, ac Vitæ Marcellini narratio huiuſmodi inſerta in Eccleſia legitur. Re-vera autem non poſſe Summum Pontificem ab hominibus gradu amoueri, *Anacletus Papa* edixit *epiſt.2. cap.2. ad Epiſcopos Italiæ*; vide *c.habetur, c.eiectionem.diſt.79.*

Similiter non poſſe à quopiam iudicari, *Sylueſter Papa in Concilio Romano* 1. *can. vlt.* cui ſubſcripſere Conſtantinus Magnus, & mater eius Elena, definiuit; & habetur *c.Præſul* 2.*q.*4. *In Concilio Romano ſub Sixto III. In Concilio IV. ſub Symmacho c.nemo iudicabit, & ſeqq.9.q.3.*

Denique ſoli Deo eius iudicium eſſe reſeruatum, definiuit *Leo IX.ep.1. c.35. Adrianus I.epiſt. decret. c.59. Stephanus VI.epiſt.1. Gregor.VII.lib.2. poſt epiſt.55. Zoſimus epiſt.10. Gelaſius ep.4.*

& habetur *c.nemini eſt*: 17.*q*.3. *c.humanam.diſt*.21.*c.in tantum.diſt*.23. *c.in nomine.diſt*.36.*c.in ſcripturis.cap.ſicut quãuis.extra de maior.& obed. cap.vnam ſanctam.* Vide doctiſſimum *Brancatum de Lauræa in epit.can. v.Papa.*

Marcellini Papæ, ac Mart. corpus 36.ab eius martyrio die S.Petri Apoſtoli monitu ſepulturę traditur à Marcello Presbytero eidem ſuffecto in Pontificatu. *Baronius ad hunc ann.* Addit *Romualdus Salernitanus Archiep. in Chron.* à Marcellino, dum in Sinueſſano Conuentu ſuæ infidelitatis culpam fateretur, in eius punitionem cùm alia multa vltrò aſſumpta, tùm præſertim excommunicationi obnoxium declaratum quicunque ſe defunctum ſepulturæ traderet.

309. Sophronia Virgo ob incredibilem pulchritudinem à Maxentio

Im-

Digitized by Google

Imperatore expetita, dum in caſtrum raperetur, quæſito breui temporis ſpatio, quo ornatius accederet, patrium cubiculum ingreſſa, gladio ſibi pectus transfixit, mortuaque concidit. *Euſebius lib.*8.*cap.*26. *Ruffinus lib.*8.*c.*17.

An licitè fecerit, iure ambigas, quando nemo vitæ Dominus, nec cæteris, nec ſibi conſciſcere mortem fas eſt; ſed id Spiritus Sancti vi extra communem mortalibus datam legem perfecit Virgo, vt etiam de Sampſone *D. Auguſt.lib.*1.*de Ciuit. Dei, & D. Bernardus lib.de Pręcepto c.*7. docent; De Sancta Apollonia legitur in eius Vita, in paratum ſibi rogum maiori Spiritus Sancti flamma intus accenſam ſe inieciſſe; Pelagiam præcipitio, Matrem eius, & Sorores ſpontanea in fluuium ſubmerſione fidem, & pudorem ſeruaſſe *Card. Baronius ad hunc annum* refert.

Sed

Sed cõtrà videtur obſtare, quod ait *D. Hieronymus in c. 1. Iſaiæ*, & habetur *c. non eſt noſtrum. 23. q. 5. non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab alijs libenter excipere; unde & in perſecutionibus non licet propria perire manu (abſque eo ubi caſtitas periclitatur) ſed percutienti colla ſubmittere.*

Verùm Gloſſa hic intelligit, *Tò abſque*, excluſiuè, videlicèt, quòd nec in iſto caſu, nec in alio à nonnullis aſſignato, ſi, nimirùm, fides Eccleſiæ periclitetur, licet ſibi mortem conſciſcere, ni ſpecialis motio Spiritus ſancti ſe mactantem à peccato excuſet.

312. Donatus Hæreſiarcha Cæcilianum Carthaginenſem Antiſtitem, vt ea ex Sede propelleret, Conſtantinum in Gallias adit, vt extorto Decreto Cæſareo, quod animo voluebat, perficeret; At non ſęcularis Prin-

cipis

cipis, ſed Epiſcoporum iudicium id fore ratus Cæſar, tres Galliæ Epiſcopos, qui apud Romanum Pontificem cauſam dirimerent, deſignat. *Optatus contrà Parmen.lib.* 1. refert. vide *c.continua.* 11.*q.* 1.*& ſeqq.*

Conſtantinus à Maxentio tyranno, non tàm collegæ, ac in Imperio cõſortis, quàm hoſtis loco habitus, è Gallia profectus magnis itineribus Romam contendit, iamquè ad Vrbem accedenti Maxentius Tyberim amnem tranſgreſſus, trans pontem Miluium cùm ingentibus copijs ſuprà centum millibus militum occurrit. Conſtantinus impar viribus anceps erat, nùm de ſumma rerum armis experiretur; ſic hæſitanti Crucis ſignũ ex lucis ſplendore figuratum Soli imminens, ac in eo inſcriptum (In hoc vince) Conſtantini oculis obuerſatum

Eu-

Euſebius ſcribit; quare cæleſti ſigno ominatus victoriam, primo congreſſu hoſtes vicit, fuditquè. A Conſtantino pariter aduerſus Licinium decertante viſos iuuenes diuerſo à cæteris habitu, eximia ſpecie, & albis equis phalanges hoſtium cædentes, nec vltrà apparuiſſe, quàm pugnatum, *Zonaras* ſcribit. Michaelem Archangelum eidem Conſtantino apparuiſſe, ac hiſce verbis locutum. *Ego ſum Michael Archidux Domini Sabaoth, Chriſtianorum fidei tutor, qui tibi contrà impios tyrannos belligeranti auxiliaria arma contuli*. Referunt *Nicephorus lib.7.cap.30. Victorel.in Addit.ad Vit. Gelaſij I.*

313, Conſeſſu in Lateranen. Aede habito, condemnatus Donatus eſt, nam abſonum à fide putauerunt PP. Baptiſmi lauacrum iterari; Aqua enim Baptiſmi ſemel Homo in Chri-

ſto, & Spiritu ſancto naſcitur, ſicut & corpore vnum habet Vitæ initium. vide *c. Si qui de conſecr. diſt. 4. & ſeqq.*

314. Conſtantinum Auguſtum à Syluestro Papa baptizatum, & per Baptiſmum à lepra mundatum, refert *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Syluestro.* Verùm Romæ nè initio conuerſionis ſuæ à Syluestro, vt Anaſtaſius refert, an verò Nicomediæ ab Ariano Epiſcopo in fine vitę, & morti proximus baptizatus fuerit Conſtantinus, non nemo dubitat,

Et quidem *Euſebius Nicomedienſis* Arianorum ſignifer *lib. 4. cap. 62. vitę Conſt.* refert, Conſtantinum Nicomediæ ab Ariano Epiſcopo in fine vitæ baptizatum. Idem ſenſerunt nõnulli alij non modò ſectarij, ſed & Catholici ex iſta narratione Euſebij decepti, vt ſunt *Sethus Caluiſius in ſuo opere*

Chro-

Chronol. *Dauid Blondellus in Hiſt. Francica* loquens de Baptiſmo Clodouei; Imò hunc fuiſſe morem Orientalium Imperatorum putant, nam & Conſtantini filios, tùm Gratianum, & Valentinianum in extremis vitæ baptizatos refert *D. Ambroſius in orat. funebri Theod. Imperatoris.*

Verùm communis Catholicorum ſenſus eſt, Conſtantinum initio conuerſionis ſuæ Romæ à Syluestro baptizatum; ita habetur *in Actis Sylueſtri apud Hadrianum, & Glycam Græcum hiſtoricum*, & legitur in eius Vita ab Eccleſia die 31. Decembris, vt patet ex Rom. Breu. *ex Nicephoro Calixti lib.7. cap.33. ex Gregor. Turonen. lib.2. cap.31. Mauclero in ſua Monarchia tom.2. c.8. ex Baronio ad ann.*324. qui ex Gentilibus Hiſtoricis probat, baptizatum fuiſſe Conſtantinum Romæ initio conuer-

ſionis

ſionis ſuæ, & fusè, ac doctè inuehitur in Euſebium, quòd voluerit illo commento Conſtantinum ad Arianas partes trahere; eiuſdem ſenſus eſt *Nicephorus vbi ſuprà*; in quam rem benè notat *Sozomenus lib.* 1. *Hiſt. c.* 1. *Eccleſiarum Præſules propter dogmata Ariana, aliaquè, quæ poſt nata ſunt, conatos eſſe ſummo ſtudio, Imperatores ſuæ ętatis, hominesquè potentes, ſuam in opinionem trahere varijs artibus.*

Et ſanè quis non negligentiæ, aut deſidiæ Conſtantinum argueret, ſi vſque ad finẽ vitæ baptizari diſtuliſſet? vt habetur *cap. quando de conſecr. diſt.* 4. Quis non parum in fide firmum præſumeret, ſi cum ſanus potuiſſet, ac debuiſſet, tunc demum quando ægritudine oppreſſus, aut imminente morte coactus, Baptiſmum ſuſcepiſſet? vt habetur *c. ſi quis. diſt.* 57. *& ex Concilio*

Neo-

Neocæſarienſi cap. 12. Licèt enim quando baptizandus non eſt ſufficienter inſtructus, vt olim accidit in D. Martino, & D. Ambroſio, qui propterea leguntur longo tempore Cathecumeni, aut quando baptizandi fides, & intentio ſyncera non innoteſcit Eccleſiæ, vt accidit plerunque in Iudæis, Baptiſmus differri poſſit, vt docet *D. Thomas 3. p. q. 68. art.* 3, & habetur *ex Concilio Agathenſi c.* 15. ac demum ex praxi Eccleſiæ, tamen quando hæ rationes non militant, vt in Conſtantino non militarunt, non poteſt Baptiſmus ſine aliqua culpa vſque ad finem vitæ differri. Vide *c. Iudæi. de conſecr. diſt.* 4. *& c. Ante Baptiſmum. cap.* 40. 41. *lib.* 7. *Conſtit. Apoſtolicarum.*

317. Conſtantinus Magnus Imperator priùs in Pannonia Licinium ſuperauerat, dein in Thracia nixus

Cru-

Crucis ope, qua prçferebat in vexillis, tunc cũ vrgebat belli neceſſitas, & miraculo comparatũ eſt, Crucis vexilliferũ neque morti, neq; vulneribus ſuccubuiſſe. Verùm aliquando cũ timore percelleretur inani, qui Crucis gerebat inſigne, alteriquè conſignaret, illicò impulit ſe ſagitta, & necauit iniuriam militis. *Rinal. Ann. Eccl.*

320. Lex Papia arctiſſimis pœnis cçlibes afficiens veluti genus hominum infructuoſum, vtpotè cum ijs humanum genus finiendum, à Conſtantino, quia Chriſtianis Inſtitutis contraria, abrogatur. *Dio. hiſtor. lib. 56. Tacitus lib. 3. Euſebius in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 26.* Virginitas enim, & Cçlibatus Paradiſum replẽt, ſicut nuptię terrã, *c. nuptiæ. 32. q. 5.* & vt habetur in Reſp. quorundam Epiſcoporum ad Siricium Papam: *Quę laus poteſt*

eſſe coniugij; ſi nulla Virginitatis eſt gloria? Vide *Concilium Telenſe ſub initio; Concilium Romanum I. ſub Syluestro Papa c.8.*

Quendam cęcum ſe fingentem petentibus Arianis, verè fuiſſe excæcatum, & deinde orantibus Catholicis liberatum, detecto errore, & dolo Arianorum. *Greg. Turon. lib. 2. hiſt. Franc. c. 3.* ſcribit. ſicuti & quendam alium, qui ſe mortuum finxerat, vt miraculo per Caluinum faciendo reſurgeret, reipſà eſſe mortuum, indequè detectam fraudem refert. *Guliel. Reginald. Anglus in Caluiniturciſmo*, impreſſo Coloniæ Agrippinę anno 1603.

324. Conſtantinus dum nil non in Chriſtianæ fidei propagationem, & Idolorum euerſionem molitur, execrationes Populi Romani, Senatuſquè dato ſpatio exoleſcere ratus, Roma

diſce-

diſcedens profectus in Greçiam, vnde is erat oriundus, & propriè Bizantij degere conſtituit. An tùm primum Romanæ Eccleſiæ, Romaniſquè Pontificibus Vrbis Romæ, & circumiacẽtium Prouinciarum dominatio pia Conſtantini largitate ceſſerit, non eſt apud omnes in confeſſo. Communior tamen, probabilior, ſatis firma ſententia, & conſtans fama inualuit de ea Conſtantini donatione, tùm quia valdè conſona ijs, quæ in Actis Syluestri Papæ habentur, tùm quia vſu ipſo, & tacito conſenſu conſequentium Imperatorum ſtabilita, tùm etiam quia habetur. *c. Conſtantinus. diſt. 96. & cap. fundamenta. de elect. in 6.* Demum quia vt benè notat *Card. Baronius*, Francorum Reges, Vrbes, oppida Longobardis erepta, dùm Romanæ Eccleſię attribuunt, non dare, aut donare, ſed

reſtituere in ſuis Diplomatibus dicũt, erat ergo Romana Eccleſia in earum Vrbium, Oppidorum pacifica poſſeſſione, quam cum exploratum ſit, vi armorum ſibi minimè vindicaſſe, aut pecunia ingenti coemiſſe, non alio ſibi iure, quàm gratuitæ, pięquè donationis Conſtantinianę titulo obueniſſe, fatendum eſt. Alij donationem Conſtantini veram putãt, ſed Inſtrumentum donationis à Gręcis Auctoribus ſub nomine Ioannis Diaconi productum, in quo plura intermiſcent R. E. præiudicialia, falſum, & fictum cum Card. Baronio arbitrantur. Henricus Buccellus Luccenſis de hac donatione argumentis in vtramque partem diſſeruit; credidere alij, à poſſeſſione eius donationis, ſeu dominationis Summos Pontifices per Senatum Romanum deturbatos, eleemo-
ſynis

ſynis Piorum vixiſſe, quouſque à Pipino primùm, tùm à Carolo Magno, Ludouico, Othonibus Romæ, & circumiacentium Prouinciarum dominatio ijs reſtituta ſit. *Iodocus Coccius in Theſauro Catholico* plura habet de hac donatione; omnium eruditiſſimè *Auguſtinus Steuchus Eugubinus Kiſami Epiſcopus S.R.E. Bibliothecarius* duobus libris Conſtantini donationem veram oſtendit contrà Laurentium Vallam eius impugnatorem.

325. Gliſcente toto Orbe Terrarum Arianæ Hæreſis lue Nicęna Prima Synodus indicitur à Syluestro Papa, cuius nomine præſedit Oſius Cordubenſis Epiſcopus S.R.E. Legatus cũ Vincẽtio, & Vito Romanis Pręsbyteris. In ea Arius condemnatur, Filius Patri *Omoùſios* declaratur. Paſchatis feſtum die Dominico celebrandum

eſſe, ſicut Summi Pontifices Pius, & Victor, vterque Primus, definierant, confirmatur, Canones pro Reformatione morum, leguntur 20. Verùm de hoc Canonum numero. Vide quę notat *Brancatus Lauræa initio epit. Canonum*.

Legitur apud D. Ambroſium *in epiſt. ad Epiſcopos Æmiliæ*, hoc anno primùm, vt certa innoteſceret dies feſtum Paſchatis celebrandi, decem, & nouem inuentam, collectamquè rationem, quæ in circulum, Orbemque rurſus repetita, ac reuoluta pro exemplo, & norma in annos reliquos ad Paſchatis diem inueniendam, perpetuò haberetur; hinc nouemdecim annorum periodum Aureum numerum Latini appellant. Vide *Tomo* 1. *Conciliorum c.Canon.diſt*. 15.

Nulli debet eſſe mirùm, ſi in hoc

conſeſſu Oſius S.R.E. Legatus ſiniſtra in parte collocatus, in dextera verò Anriochenus Patriarcha ſediſſe, refeᵣatur, nam Orientalis Eccleſiæ mos erat, atque adeò toto Oriēte receptus, vt in ſacris dignior ſiniſtra, quā dextera haberetur, quia dextera noſtra, læua eſt numinis; Hunc morem Latina Eccleſia imitata in Pontificijs Diplomatibus lęuam Petrus, dexteram tenet Paulus; Euangelium Sacerdos in ſiniſtro cornu, in dextero Epiſtolam legit; & vt infrà referemus, Summus Pontifex loco Priuilegij Papienſi Epiſcopo indulſit, vt à lęua Pontificis ſtaret, aut ſederet, ad ann. 910.

In hoc Concilio reuerentia ſumma ergà Chriſti Sacerdotes Conſtantini Imperatoris enituit, nam accedentibus ad Vrbem Nicæam Epiſcopis obuiam proceſſit, tum conſeſſu in

ipſo ſedere in aurea ſibi parata ſede, adduci nunquam Imperator potuit; niſi prius PP. omnes conſediſſe, vidiſſet. Libellos accuſationis, quos Antiſtites Hæretici aduerſus Catholicos obtulerant, in faſciculum conflatos in ignem iniecit, dictitans, *ad Dei iudicium Sacerdotum cauſas pertinere, ſequè paratum eſſe, ſuo paludamento contegere, ſi quæ eorum proprijs oculis peccata vidiſſet*. Vide *c. in ſcripturis. diſt. 96. Sozom. lib. 1. cap. 5.*

Plura, ſed tria potiſſimum inter Nicæni Concilij Acta omni animaduerſione digna, ac prorſus miranda cõtigere. Primò Conc. in ipſo Chryſantus, & Mauſonius Epiſcopi è viuis exceſſerant; peracto Concilio interpellati à PP. ſunt, vt ſubſcriberent, tũ depoſito ad tumulum libello, noctem totam inſomnem egerunt PP. ſed po-

ſtridie

Digitized by Google

ſtridiè redeuntes ad tumulum)res mira) in libello explicato Defunctorum ſubſcriptiones inſertas inuenere. *Nicephorus lib.* 1. *c.*23. Secundò Nicolaus Myræ Epiſcopus, qui in Cõcilio propè Arium ſedebat ex ordine, eundem Arium clara,& intelligibili voce pronunciantem , *Filius Dei eſt creatura*, alapa ingenti percuſſit ; Exclamante Ario,adiudicantibus PP.graue facinus à Myrenſi Epiſcopo patratum,obſcuro Nicolaus obtruditur carceri , Libro Euangeliorum,Homophorio priuatur, ſed intempeſta nocte Chriſtus,& Virgo Mater Sanctorum ſtipati cętu,illuſtrato carcere , Nicolaum dimittunt liberum,Libro Euangeliorum,& Homophorio reſtitutis. *In Menolog.Græc.* legitur . Tertiò Alexander Alexandriæ Epiſcopus ſanctitate vitæ magis, quàm doctrina florens , Philoſophum quen-

Digitized by Google

quendam plura aduerſus Verbi Diui-nitatem blaterantem, ſilentio indicto linguæ illi vſum protinus ademit. *Sozomenus lib.* 1. *c.* 17. ex fide ſcribit.

326. Iudas Antiquitatis curio-ſus, & legis peritus, luſtratus aqua Baptiſmi, Cyriacus dictus (vt ſcribit *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. ad an.* 309.) Helenam monet, vt ſi Crucem Domi-ni inuenire percuperet, non longè à tumulo, in quo conditum fuerat ſa-crum Chriſti corpus, humum effode-ret, terram aperiret; antiquus enim mos erat, inſtrumenta cædis, ac mor-tis malefactoribus illatę penès corpus condi; haud irritum conſilium, mox deprehenſæ tres Cruces; Verùm, quæ eſſet Chriſti Domini Crux, duobus miraculis eſt compertum; vna enim illarum corpori fœminæ ſęua vi mor-bi afflictatæ admota, morbus depelli-

tur; mortuæ puellæ applicata vitam reſtituit, tradunt *Paulinus Epiſc. Nolanus epiſt.* 11. *Seuer. Sulp. lib.* 2. *Hiſt. Ruffinus lib.* 1. *c.* 7. 8.

Miraculo adſcribitur, quòd cum ad peregrinorum vota particulæ ferè innumerę à Sãcta Cruce excerptę ſint, nullum tamen in ea apparuerit detrimentum. Ex tribus clauis ibidem repertis, vnus Romę in Templo Sanctę Crucis ad Hieruſalem dicto, cum parte Crucis aſſeruatur; alter regium Conſtantini Magni Diadema decorauit. Tertius equi fręnum eiuſdem Conſtantini ornauit, hic etiam nùm viſitur Mediolani in Templo Maiori antiquam Gothorum architecturam oſtentante. *Diuus Ambroſius orat. in funere Theodoſij. Socrates lib.* 1. *cap.* 13.

332. Frumentius nobilis adoleſcens Tyrus ex Phoenicia ad Indos inferio-

ſeriores profectus, ibi loci amęnitate, detentus, gratiam apud eius regionis Principem adeptus,&in curarum partem adſcitus, tum Præſulis dignitate auctus, mirificè rem Chriſtianam propagauit; *Ruffinus* illiſmet temporibus florens, ſcripſit *lib.* 1.*c.*9.

335. Contigit hoc anno Arij Hęreſiarchę, vt impiorum eſſe ſolet, mors peſſima, nam cum ad leuandum ventrem onere, digreſſus eſſet, effudit viſcera; *Socrates lib.* 1. *cap.*25. *Sozomenus lib.* 1.*c.*28. tradunt.

Marcus Sūmus Pont. breui, ideſt, 8. mēſiū ſpatio vixit, ſed pręclarè multa ordinauit; vt Fidei Symb. Nicęnum inter Miſſarum ſolemnia caneretur; vt Romanus Pontifex ab Epiſcopo Hoſtienſi ſacraretur. *Anaſtaſ. S.R.E. Biblioth.* refert. Phrygij, ſeu pallij vsū, plenitudinem poteſtatis indicantis, quod

quod propterea nunc Archiepiſcopis conceditur, inuenit; Vide *diſt.* 100. *per totam*.

342. Contigit hoc anno Conſtātini Magni, vt Iuſtorum eſſe ſolet, Mors pretioſa. Vrnam eius, & ſtatuam gratia ſanationum, & miraculorum à Deo condecoratam. *Nicephor. lib.* 8. *c.* 55. *ſuæ hiſt.* ſcribit.

343. Hoc anno Neocæſarea in Ponto præclara Vrbs, cum Terrę ingenti motu quateretur, obrueretur; Gregorij Thaumaturgi tumulus, ipſaque Cathedralis Eccleſia, in qua tumulus erat, manſere incolumes. *Diuus Hieron. in Chron.* refert.

347. Sardicenſis Concilij PP. ſtatuerunt *c.* 7. vt, ſi quis fortè Antiſtes à cæteris ſuæ regionis Epiſcopis ſentētiam paſſus, Romanum Pontificem appellaret; Romanus Pontifex finitime

Digitized by Google

mę Prouinciæ Epiſcopis rem diſcutiendam iterum ſubijciat, vel, ſi res poſtulauerit, Legatos deleget, qui cum eiuſdem Prouincię Epiſcopis finem controuerſię imponant. Vide *c. ſi quis Epiſcopus. 2. q. 6.*

349. Conſtantius Imperator Athanaſiũ Alexandrinę Eccleſię reſtituens, rogat, vt ſinat ea in Vrbe Arianos, Tẽpla, araſque habere; Athanaſius certus nedùm ea permittere, ſed obſtare, ſimul nè Cęſaris irritaret animum conſimili petitione petitionem Imperatoris eluſit, rogauit enim, *vt pariter Antiochię* (vbi non niſi Ariani erant) *permitteret, vt Homouſiani Tẽpla, Araſque haberent*; Hoc reſponſo ęgris auribus à circunſtantibus audito, dimiſſus Athanaſius fuit. *Sozomenus lib. 3. cap. 19.*

351. Illatis Martyrum corporibus

bus in Delubrum Apollinis, Oraculum ſtatim obmutuiſſe traditur; ſed cum res eſſet occulta, ſilentij cauſam ſciſcitantibus nonnullis, ab ipſo tandem Idolo eſt patefacta his verbis: *Illata cadauera vaticinijs obſtare. Sozomenus* tradit *lib.* 5. *cap.* 18.

353. Ingens prodigium in Cœlo viſum Hieroſolyinis. Tertia hora diei in feſto Pẽtecoſtes Crucis ſignum mirabili ſplendore à Caluariæ loco vſque ad Montem Oliuarum pertingens compluribus horis ab vniuerſa multitudine ſupra Terram cum admiratione ſpectatum. *S.Hier.in Chron. Socrates lib.*2.*c.*14. *Sozomen. lib.*4.*c.*13. *Niceph.lib.*9.*c.*32. referunt.

357. Conſtantius ex Conſtantini filijs tertius cũ ad Arianas partes tranſiſſet vndecima aduerſus Eccleſiam perſecutione excitata, in Conciliabu-

lo

lo Arelaten. D. Athanaſium è ſua Sede pellit, exilio mulctat, Legatos Sedis Apoſtolicę ad ſubſcribendam exilij ſententiam cogit; Liberium Summum Pontificem ſubſcribere nolentem capit, ac Mediolanum perductum exilio mulctat. Felix à Romanis dictus Pōtifex ſublato Liberio ſubſcribit exilij legem; ſed cum eſſet verè Catholicus, Conſtãtium poſteà damnauit, & Martyr occubuit: tum Liberius exilium pertæſus ſententiam exilij aduerſus Athanaſium tandem ſubſcripſit, ſubſcripſit & Concilij Sirmienſis Acta, in quibus, conſubſtantialitate non memorata, Filius dicebatur *omiùſios* Patri, ideſt, ſimilis Patri.

Verùm licèt Liberius peccauerit, non tamen hæreticus fuit; nunquam enim cum Arianis interius ſenſit, ſed

in

Digitized by Google

in communicatione exteriori tãtùm timore adactus, & ideò nunquam conſenſit, vt rebaptizaretur, vti morem fuiſſe eorum, qui ad Arianas partes trãſibant, refert *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. ad An.* 352. Hinc à pleriſque inter ſanctos, Cæliteſque Liberius numeratur. Vide *Card. Baron. ad hunc An.* Excitum in ſe furorem Idola colentium dolo Arianorum, ambigua reſponſione eluſit Athanaſius, nam ſciſcitantibus de Athanaſio, ipſemet hoſtibus obuiam factus reſpondit; *non longe abeſt, properate iter.*

358. Iulianus Imperator à Chriſti fide Apoſtata primò dolis, dein palam contra Eccleſiam inſurgit, ac duodecimam perſequutionem mouet, cuius breuitatem atrocitas compenſauit: Imperatorium vexillum Crucis ſigno præfulgens, quo Con-

F ſtan-

Digitized by Google

ſtantinus vti conſueuerat, in Iouis Martis, aliorũq; Deorũ effigies inuertit. Fideles militia, publicis honoribus priuat, tributis onerat, ſed temperat ſanguine, ne Martyrum honore decorentur; non *Chriſtianos*, ſed *Galilæos* iubet dici Chriſti cultores. Verùm bello in Perſas illato, dum ſe in pugnam audacter effundit, ferro ab equite fugiente in ima iecoris fibra infixo extinguitur; ſcribit ſuo *in Epitome Sextus Aurelius*; At dum primò ſentit lethale vulnus, in hæc verba eum prorupiſſe Nicephorus ſua in hiſtoria refert; *ſaturare Galilęe*, *ſaturare*. Sunt, qui, ſagitta è Cœlo emiſſa, vulneratum dicant, & in hanc aliam ęquè nefariam vocem erupiſſe. *Viciſti Galilęe*; ſic enim Chriſtum appellabat, ac ſtatim occubuiſſe. *Egnatius lib.* 1. *Principum Rom.*

Ve-

Digitized by Google

Verùm cùm Iuliani corpus ſepeliendum efferretur, Mimi eum, ac hiſtriones ducebant; probiſq; à ſcena petitis, ac ludibrijs inſectabant, eiq; fidei abiurationem, & cladem, vitæq; finem exprobrantes, nihil deniq; ex ijs non facientes, ac dicentes, quæ huiuſmodi homines, qui petulantiam pro arte habent, perpetrare conſueuerunt. *Greg. Nazianz. orat. 2. in Iulian.*

Valentinianus Imperator initio Imperij Eccleſiæ propitius, docendi libertatem, quam Iulianus abſtulerat, reſtituit, ad ludos damnari fideles vetuit; Epiſcopalis muneris eſſe voluit, ſubdolam mercaturam, cupidines, fraudeſq; cohibere; quin & alijs legibus Eccleſiæ decus auxit, vt *l. 1. c. de Epiſcopali audientia* habetur. Ingentes Terræ motus, mariſque vltra ſta-

ſtantinus vti conſueuerat, in Iouis Martis, aliorũq; Deorũ effigies inuertit. Fideles militia, publicis honoribus priuat, tributis onerat, ſed temperat ſanguine, ne Martyrum honore decorentur; non *Chriſtianos*, ſed *Galilæos* iubet dici Chriſti cultores. Verùm bello in Perſas illato, dum ſe in pugnam audacter effundit, ferro ab equite fugiente in ima iecoris fibra infixo extinguitur; ſcribit ſuo *in Epitome Sextus Aurelius*; At dum primò ſentit lethale vulnus, in hæc verba eum prorupiſſe Nicephorus ſua in hiſtoria refert; *ſaturare* Galilęe, *ſaturare*. Sunt, qui, ſagitta è Cœlo emiſſa, vulneratum dicant, & in hanc aliam ęquè nefariam vocem erupiſſe. *Viciſti Galilęe*; ſic enim Chriſtum appellabat, ac ſtatim occubuiſſe. *Egnatius lib.* 1. *Principum Rom.*

Ve-

Digitized by Google

Verùm cùm Iuliani corpus ſepeliendum efferretur, Mimi eum, ac hiſtriones ducebant; probiſq; à ſcęna petitis, ac ludibrijs inſectabant, eiq; fidei abiurationem, & cladem, vitęq; finem exprobrantes, nihil deniq; ex ijs non facientes, ac dicentes, quæ huiuſmodi homines, qui petulantiam pro arte habent, perpetrare conſueuerunt. *Greg. Nazianz. orat.* 2. *in Iulian.*

Valentinianus Imperator initio Imperij Eccleſiæ propitius, docendi libertatem, quam Iulianus abſtulerat, reſtituit, ad ludos damnari fideles vetuit; Epiſcopalis muneris eſſe voluit, ſubdolam mercaturam, cupidines, fraudeſq; cohibere; quin & alijs legibus Eccleſiæ decus auxit, vt *l.* 1. *c. de Epiſcopali audientia* habetur. Ingentes Terræ motus, mariſque vltra ſta-

Digitized by Google

tutos fines eruptiones Peloponeſum foedè conflictauere, adiacentia oppida quamplura dum ruunt, conciduntquè, Epidaurum (hodie Raguſa) Sancti Hilarionis ope incolume ſeruatur, nam ſigno Crucis per Hilarionem ad ſabulum facto, compreſſæ aquarum ire, deiecta inſolens maris elatio. *D. Hier. in Hilarionis vita.*

367. Comitia ad eligendum Summum Pontificem Romæ habētur, ſed ſciſſis in contrarias partes P. P. ſanguine fædantur, & ad annum protracta, Damaſus tandem eligitur; Vrſinum, ſeù Vrſicinum Damaſi competitorem ad remouendum ſchiſma Imperator exilio propellit; ſed liniuit poenam Damaſus miro exemplo Vrſicinum Neapolitanę Eccleſiæ præficiēs. *Bellarm. in Chron. Anaſtaſius S.R.E. Bibl. ad hunc An. ſcribunt.*

Euſe-

371. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus licèt ſenio confectus, & nonagenario proximus occumbit; Martyris tamen nomen, decuſq; meruit, quòd innumeras pro Catholica fide perpeſſus calamitates ad Tribunal Conſtantis Imperatoris raptatus illiſo ad ſcalas capite affatim effuſo ſanguine cruentaſſe gradus, ſcribitur. Non deſunt, qui putent ad martyrij honorem, decuſquè conſequendum ſatis eſſe tolerantiam dolorum, & ſi procul à nece; Ita tenuit *Martinus de Magiſtris* Doctor Pariſienſis *tract. de mart. q.* 1. quem refert *Caietanus in com. ad D. Thom.* 2.2. *q.* 124. *art.* 4. *Arriaga tom.* 5. *tract. de fortitud. diſp.* 51. *ſect.* 4. *ſub ſect.* 4. *n.* 26.

Præterea Euſebium in patria reuerſum Arianorum inſultu, lapidum ictibus obrutum monumenta Ver-

cellenſis Eccleſiæ tradunt.

373 Inſurgente Apollinaris Hęreſi Chriſto carnem humanam concedentis, & denegantis rationalem animam, Baſilius Epiſcopus Romanum Pontificem de his, quæ in oriente gerebantur, certiorem facit, reſponſum ab eo vice oraculi expectat. *Epiphanius Hær.* 77. *D. Auguſt. hær.* 53. Vide *Baſilij epiſt.* 74. 77. *Card. Baron. ad An.* 371.

374. Mos celebrandi Agapes in Templis iam à Laodicea Synodo ſub Liberio Papa in Oriente ſublatas, etiam in Occidente, ægrè tamen D. Ambroſij auctoritate tollitur. Referunt *D. Augu. lib. 6 confeſſ. c.* 2. *D. Ambroſ. ſerm.* 17. 82. Vide *Synodum Laodic. c.* 28. *Carthaginenſe* 3. *c.* 50.

378. Valens Imperator poſt tot patrata contrà Eccleſiam Catholicã

faci-

facinora initocum Gothis certamine propè Adrianopolim victus, fuſuſquè, cùm in agreſtem caſam ſe profugus contuliſſet, igne ab hoſtibus admoto, viuus crematur, & abſumitur. *Hiſt. Trip. lib. 8. c. 15. Sextus Aurelius Victor ſuo in Epitome.*

380. Euſebius Samoſatenus Antiſtes dum Darium Syriæ vrbem ingreditur, tegula ab Ariana muliere è ſuperiori loco deiecta multo ſaucius ſanguine occubuit; moriens adſtantes precatur, ne de muliere ſupplicium exigant. *Hiſt. Trip. lib. 9. verſus finē.*

Turbæ Conſtantinopoli excitantur, quia Macedonius eius Vrbis Epiſcopus Arij impietatem in Spiritum ſanctum extendit, quem negauit Deum eſſe; ſed compreſſæ Imperatorum Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij decreto, quo ea fide de-

Digitized by Google

gendum mandabatur, qua Damaſus Romanus Pontifex, & Petrus Alexandriæ Epiſcopus degerent. Edicti tenor habetur *l.2. de Fide Catholica, C. de Summa Trinitate*, & apud *Baronium ad hunc An.*

381: Concilio Conſtantinopolitano Generali indicto adfuere protinus PP. 150. In primis Gregorio Nazianzeno, Conſtantinopolit. ſedes adiudicatur, inde pulſo Macedonio, tũ Spiritui S. diuinitas datur, additaque ſunt Nicæno ſymbolo verba hæc Diuinitatem Spiritus ſancti conteſtantia; *Et in ſpiritum ſanctum Dominum, & viuificatorem ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio coadorandum, qui loquutus eſt per prophetas; Socrates lib. 5. c. 8. Videſis c. Canones. diſt. 15.*

382. Acta Concilij Conſtantinopolitani ad Damaſum perlata aduoca-

Digitized by Google

uocatis ex occidente PP, ijſque conſultis ab eodem Damaſo confirmantur, vtque per omnium ora verſaretur Doctrina de Diuinitate Filij, & Spiritus ſancti, iuſſit Damaſus, vt in fine cuiuſq; pſalmi caneretur, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, *Photius in libello de Synodis*. Actum in hoc Conuentu de ſedium prærogatiua, contendente Patriarcha Conſtantinopolit. ſibi primas deferri, quia præerat Vrbi, quæ Orientalis imperij ſedes, & caput erat. Damaſus Papa ad antiquam originem, & primæuam Inſtitutionem reſpiciens, Alexandrinæ Eccleſiæ primas detulit, quia à Diuo Petro per Marcum Euangeliſtam primò fundatæ. Ad eam proximè Antiochenam, quia ibi Petrus ipſe antequam Romam accederet, ſedit, omnibus verò Roma-

manam præferri, quia in ea demum ipſe Apoſtolorum Princeps Petrus conquieuit; Sicquè Conſtantinopol. ſedem ſilentio præteritam vltimum locum tenere inſinuatũ eſt; ſed multos demùm poſt annos, ſeù Dignitati Vrbis, ſeù precibus Iuſtiniani Imperatoris datum, vt primum locum Conſtantinopolitana ſedes poſt Romanam teneret. Habetur *c. Antiqua de Priuil. c. ſacroſancta diſt.* 15. *ex Concil. Rom.*

383. Iuſſu Damaſi Papæ D. Hieronymus, quæ irrepſerant menda in ſacras litteras, expunxit, collataſq; cum Hebraico, Gręcoq; textu, priſtino, germanoq. nitori reſtituit; Iis hodiè Oecumenica Eccleſia vtitur ſub vulgatæ editionis nomine; Ab ijs recedere fas non eſſe, nuperrimi Concilij Trident. PP. decreuere *ſeſſ.* 4.

Coopta-

Cooptatum hoc tempore inter Romanæ Eccleſ. Cardinales D. Hieronymum à Damaſo Papa *Gennadius de Viris Illuſtribus* ſcribit, quidquid in contrarium reclamet *Baronius*.

Theodoſius, vt vna in toto Oriente Fides eſſet, aduocauit ex toto Oriente PP. nec non Hæreſum defenſores, iuſſos vnumquemquè ſuæ doctrinæ libellum proferre, admiſit illos tantùm, qui ſacram Triadem conſubſtantialem faterentur, cæteros dilacerauit. Rèferunt *Socrates*, & *Sozomenus*.

384. Damaſus mortalitate expleta à poſteritate inter Cælites, ac ſanctos adſcribitur. Verùm eius mors Hieronymum Conſiliarium, & Scribam, detrahentium murmuri, malignantium dolo exponit; cauſabantur crebros cum decoris mulieri-

bus

bus Hieronymi ſermones, longiſſimas peregrinationes eius ſuaſu à præſtantibus mulieribus ſuſceptas, cumque ad necem depoſceretur, Hieroſolymam celeri pede ſeceſſit. *Hier. epiſt. 99. & lib. 2. aduerſus Ruffinum.*

386. Valentiniani Cęſaris reſcripto toties depreſſa lues Ariana reſurgit; Hinc ab Arianis, pręcipuè verò ab Auxentio Diuus Ambroſius ad necem expetitur, immiſſuſque Sicarius, dum ferrum in Ambroſij pectus dirigit, ſubito torpore obſtupefacta eius manus hæſit; tradit *Paulinus in Ambroſij Vita.*

Priſcillianus in Hiſpanijs Nicolaitarum, Gnoſticorum turpitudines, Manichæorum deliramenta ab inferis reuocans, non modo hæreſis labe, ſed alijs etiam criminibus pollutus, conuictuſque agente Ithacio Epiſcopo Maxi-

Maximi *I*mperatoris iuſſu, vltimo ſupplicio damnatus extinguitur. *D. Aug. hæreſi* 70. *Seuerus Sulpitius lib*. 2. *ſacrę hiſtoriæ*.

392. Hoc anno Theodoſius Cõſtantinopolim contendens, Chalcedone in Templo à ſe erecto, & Diuo Ioanni Baptiſtæ ſacro eiuſdem Sancti Præcurſoris caput reponit. *Socrates lib*.5.*cap*.10.*Sozomenus lib*.1.*c*.21.Dein Conſtantinopolim translatum, tum à Conſtantino Copronymo ad Pipinum Regem Francorum miſſum, & in partes diuiſum; Cranij partem Vrbs Roma, alteram Vrbs Angelica in Aquitania, Auguſta Prętoria maxillam obtinuit; inde factum eſt, vt vnius viri capite æquè plures Vrbes vno, eodemq; tempore hodie gloriẽtur. Corpus Sancti Ioannis diù in tumulo Sebaſtæ honorabatur, ſed *I*uliani

ni Apoſtatę tempore extractum, ac igne crematum, ſparſi ſunt per agros, & rura cineres. *Theodoretus lib. 3. cap. 6.* Verùm à fidelibus collectos primò Alexandria, dein Myra Lyciæ Vrbs, demum Genuenſes tenuere, dono ijs datos à Sacerdotibus Eccleſiæ Myrenſis S. Nicolao dicatę. *Vbert. Folieta lib. 1. fol. 15.*

396. Fritilgildis Morauorum in Germania Regina Legatione cum muneribus ad Diuum Ambroſium miſſa ſupplex orat, pręſcriberet, qua via, quaue ratione ad Euangelicæ veritatis lucem mentem, vitamquè aptaret; pręſtitit Ambroſius, probauitque Regina ſalubria monita decore vitæ. Sed ſequenti anno è Germania Mediolanum acceſſit Diuum Ambroſium inuiſura, & vita functum inueniſſe, *Paulinus* tradit.

Hie-

Digitized by Google

398. Hieronymus, Auguſtinus, & Syricius Papa inuictè refellunt Iouinianum, qui monachatus deſertor egregius, cęlibatum naturæ malum dictitans, impuram libidinem per occultos, & clandeſtinos cœtus, vel in ipſa Vrbe Roma propagarat. *D. Aug hęres.* 82.

399. Acriter inuehitur S. Ioannes Chryſoſtomus in Maiuma, ideſt, ſpectacula, quibus Deorum obſcænitates carminibus, corporiſq; geſtu per iuuenes repræſentabantur: Maiuma dicta, vel quia menſe Maio, vel quia Maiumæ primum, quæ Vrbs eſt maritima Paleſtinę, initium, ortumque ea ſpectacula habuerant. *l.* 15. *tit.* 6. *C. Theod.* Vide *Synodum in Trullo c.* 62.

401. Sanctus Ioannes Chryſoſtomus nè hymnorum cantu ex proprio dogmate compoſitorum Ariani

Popu-

Populum abducerẽt, nocturnis hymnis orationes appoſuit *omouſios* exprimentes fauente Eudoxia Auguſta Homouſianis, & Catholicis, quo factum eſt, vt Ariani ab incępto deſtiterint.

Ignatius Antiochenę Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus Angelorum viſionem habuit, qua per antiphonas Sanctæ Trinitati dicerent hymnos, iſque modum hymnos canendi ea ex viſione acceptum tradidiſſe probatur Eccleſię Antiochenę primùm, tùm alijs Chriſtiani Orbis Eccleſijs. *Hiſt. Tripar. lib.* 10. *c.* 9. Vide *Can.* 14. *Concil. Turonen.* & *Can.* 12. *Concil. Tolet.* 4.

Mortalitatem explet S. Epiphanius Salaminis Epiſcopus natione Iudęus, ad cuius venerabile corpus accedens temerariusquidam, vt circumciſio-

ciſionis veſtigia ſcrutaretur, calce ab eo impacto repellitur, ac ſtatim exanimatur; tertia tamen die delatum eius cadauer ad S. Corporis pedes, eorum attactu reuiuiſcit. *Surius de Vit. SS. cap. 3.*

410. Alaricus Gothorum Rex Romam obſidet, ſed indignis Romano nomine cōditionibus pax redempta haud diù durauit; nam Alaricus anno ſequenti certam victoriam ſibi ratus Vrbem Orbis dominatricem capit, intromiſſus per portam Aſinariam, quæ hodie Sancti Ioannis Lateranenſis dicitur, à 25. iuuenibus, quos eo fine, honoris ſpecie proceribus Romanis, dum Vrbem obſideret, donauerat: dùm Roma diripitur, ſalua ſunt omnia, quæ in Templis erant; ea autem triduò direpta in Campaniam Alaricus, mox in Calabriam

Digitized by Google

contendens Coſentiam oppugnat; At vulnere excepto interemptus cadit: Alarici corpus nouo tumuli genere milites Terræ reddunt, nam ſedes in alias tranſmiſſo Baſentio Flumine, medio alueo effoſſa humo, multo cum auri pondere, gemmis, pretioſiſque lapidibus condunt, & vt tuta condita forent, mox priſtinis ſedibus fluentis amnis aquas reſtituunt. *Orbſius l.7. Hiſt. D. Auguſt. libro* 1. *de Ciuitate Dei.* Miſſa quatuor Epiſcoporum Legatione Concil. Carthaginen. ab Honorio Imperatore impetrat irritationem Decreti, Auctore Heracliano Africæ Comite, vel Macrobio Procoſs facti, vt Donatiſtis, quamcumque voluiſſent Religionem, ſequi liceret, quod ijs eo fine indulſerat Honorius, nè ad Attali Regis partes tranſirent. *Rinald. Hiſt. Eccleſiaſt.*

Athaul-

411. Athaulphus, qui Alarico ſucceſſerat, cùm ad euertendum Romanum Imperium, vt nouo deinde excitato ſingularem ſibi gloriam adipiſceretur, acceſſiſſet, à Placidia Theodoſij Imperatoris filia blando ſermone ad reſtituẽdum priſtino decori Imperium, atquè adeo ad ſaniora conſilia conuerſus, eandem ſibi gloriam ex Reparato, quam ex Nouo excito Imperio obuenturam ratus, eidem Placidiæ matrimonio iungitur, atquè ità ex euerſore factus eſt Romani defenſor Imperij, tota eſt pacata Italia. *Oroſius lib.* 7. *cap.* 42.

Donatiſtarum in Africa turbidos motus Petiliano auctore Collatione Epiſcoporum fere mille Carthagine habita Sanctus Auguſtinus compeſcuit, oſtendens ex varijs ſignis, quæ Catholicę Eccleſię ſunt propria, in

cętu Donatiſtarum Eccleſiam Catholicam non eſſe. *D. Auguſt. hæreſi 69. Card. Baronius ad hunc An.*

412. Hæreſim à Pelagio Britanno Monacho excitatam de Chriſti Gratia non neceſſaria ad ſalutem, Sanctus Hieronymus, qui ibi tum degebat primò, dein Sanctus Auguſtinus Conuentu PP. Mileuitæ in Numidia habito, varijſque perſcriptis libris egregiè confutarunt. *Auguſt. hæreſi* 88. *Baron. ad Ann.* 402.

414. Diù antè Priſcilliano auctore exorta hęreſis in Hiſpanijs, & ſtatim compreſſa, per Auitum erumpit; ſed ab Hiſpanis PP. per Oroſium pręsbyterum, tùm ab Auguſtino perſcriptis libris illæ errorum tenebræ diſiectę ſunt; Duos Auitus iactabat errores; Primò Cęlibatum non eſſe ſeruandum, idquè ſummo ſecreto tenendum, vnde illud: *Iura,*

Digitized by Google

Iura, Periura, ſecretum prodere noli.

Secundò, ſi qui impęnitentes deceſſerint, exacto millenario, quo pęnas exoluerent, ad vitam reduces, trãquilliora initia adipiſcerentur. *D. Auguſt. hæreſi* 82.

Sabbati ieiunium Innocentius Primus inſtituit. *Anaſtaſ. S. R. E. Biblioth.* refert; nam cum ex Apoſtolica traditione quarta, & ſexta feria à carnibus fideles abſtinerent, vt memoriam mortis Domini, quę quarta feria excogitata, ſexta peracta fuerat, piè recolerent, Innocentius abſtinentiam à carnibus etiã ſabbato inſtituit; quia ea die Dominus iacuerat in ſepulchro. Verùm hodiè antiquum morem retinent Gręci quarta, & ſexta feria ieiunantes, Latini verò quartam feriam in Sabbatum commutarunt. Vi-

deſis *cap. Sabbato de Conſecr. diſt. 3.*

417. Zozimus Papa viſis Actis à Concilio Carthaginenſi PP. Africanorum tranſmiſſis, Pelagium, & Cęleſtium condemnauit. Verùm, quia anno antè Cæleſtius Pelagianus eiuſdem Zozimi litteris Carthaginem, vndè iure condemnatus receſſerat, cõmendatus redierat ex Italia, in eo erãt Africani PP. vt appellantibus Romanam Sedem pręcluderent viam; Difficillimum ex longinquo poſſe perſonarum, & cauſarum merita diſpici, obtendentes. Id Romę audiens, ſtatim per Legatos à ſe miſſos Romanę Sedis iura tuetur Zozimus, exponens, Appellationem ad Romanam Sedem non modò vſu, tacitoque conſenſu, ſed lege etiam per Nicęnam Synodum pręſcriptam eſſe, atque firmatam. Verùm, cum ea lex in Actis Ni-

Nicęnę Synodi diù quęſita non inueniretur; tandem in Actis Concilij Sardicenſis inuenta eſt; Erant autem vtriuſq; Concilij Acta in vnum Codicem conflata, quia ab ijſdem PP. edita, & ideò eam Legem in Nicænę Synodi Actis reperiri *Zozimus Papa* dixit. Videſis *Epiſt.* 2. *Iulij Papæ I.* quę refertur in Concilio Flor. *ſeſſ.* 20. ex Reſponſione Ioannis ad Marcum Epheſium. Vide etiam *cap. Synodum diſt.* 17. *Vitaliani Epiſt. Primam cap. Diuinis extra de Pœnis.*

Ad augendum Cleri decus Zozimus Papa ordinauit, ne ſerui ad Eccleſię munia admitterentur. Vide *cap. Nullus. cap. Nulli. cap. Magnus. cap. Qui, cap. Quicunque. diſt.* 54. Nè Clericis tabernas, vbi facilè per luxum, ac ſęcularem licentiam pudor exuitur, ingredi, fas eſſet. Vide *cap. Non oportet.*

Digitized by Google

cap. Nulli Clerico diſt. 44. Anaſt. S. R. E. Biblioth. ad hunc Ann.

419. Dum, cui prima eſſet deferenda Sedes; Eulalio nè, an Bonifacio, Romę controuertitur à PP. Eulalius ambitionis ęſtu percitus Romanam occupat Sedem; ſed hi, quibus honeſti cura, Imperator, videlicet, Cleri maior pars, populuſque Romanus pulſo Eulalio pro Bonifacio ſtetere, qui illatæ ſibi ab Eulalio moleſtiæ immemor, eum Nepeſinę Eccleſiæ præfecit. *Anaſt. S. R. E. Bibl. in Bonifacio.*

Circa hæc tempora Venetiarum Vrbs celeberrima conditur, Italię antemurale, Chriſtianæ Fidei aduerſus Turcas propugnaculum. *Bellarm. in Chron. Sabellicus lib. 1. Enneadis* 8. *Leander Albertus in deſcript. Italiæ verſus fin. Blondus l. 2. & 3. ſuæ hiſt. Volaterr. lib. 4.*

Bea-

Digitized by Google

429. Beata Virgo libros Neſtorij execrata eſt; nam, cum Abbati Cyriaco vtroque Ioanne, Baptiſta, & Euangeliſta comitata apparuiſſet, noluit vnquam Abbatis Cyriaci cellam ingredi, quamuis ab eo enixè rogaretur, obſecraretur, cauſans in eius illa cella inimicum ſuum adeſſe; ſummũ ex huiuſmodi reſponſo concepit mœrorem Abbas, tum diſcuſſa conſcientia, num crimen aliquod fortaſſe cõmiſiſſet, nullius ſe conſcius inueniens, inuenit tandem in Volumine quodam ſibi commodato ab Eſychio Eccleſiæ Hieroſol. presbytero duos Neſtorij libros in calce eius voluminis adnexos; quare ſtatim Eſychio volumen reſtituit, &, re narrata, Neſtorij libri à volumine illo præciſi, igne cõbuſti ſunt. Refert *Sophronius in Prato ſpirituali cap.65. Palladius S.R.E. Card.*

Dia-

Digitized by Google

Diaconus ad comprimendam Pelagianam Hæreſim in Britanniam miſſus à Cæleſtino I. Papa, cum Scotiam ab Idolorum cultu ad Fidem Chriſti cõuertiſſet, Apoſtoli Titulum apud eas gentes eſt conſecutus. *D. Proſper in Chron. & aduerſus Collat.* refert.

430. Ad compeſcendam Hæreſim Neſtorij aſſerentis, in Chriſto non fuiſſe in vna Hypoſtaſi Diuinam, Humanamq; naturam, ſed Deum Chriſto puro homini, non quidem initio conceptionis ſuæ, ſed progreſſu temporis adſtitiſſe, Cyrillo Alexandrino Epiſcopo vices ſuas delegat, ſimul & Phrygium, ſeù Pallium, ac Pontificiam Thiarã ex Vrbe tranſmittit Cæleſtinus I. Cyrillus aduocato PP. cætu damnat Neſtorium, qui è contra Cyrillo Hæreſim Apollinaris appingit aſſerentis, loco animæ rationalis in Chri-

ſto Diuinitatem ſubſtitutam. At hoc non aſſerebat Cyrillus, ſed Diuinitatem, & Humanitatem ex corpore, Animaque conflatam in vna Perſona, ſeù Hypoſtaſi in Chriſto coaluiſſe, adeo vt B. Virgo verè *Theotocos*, & non *Chriſtotocos* tantùm (vt volebat Neſtorius) diceretur. *Theodor. lib. 4. de Fabulis Heret. & Proſper in Chron.*

Neſtoriũ vix Conſtantinopolis ordinatum Epiſcopum in orat. ad Principem ſic audacter loquutum accepimus ex Hiſt. Trip. lib. 12. cap. 4. *Da mihi, ò Imperator, Terram purgatam Hæreticis, & ego Cælum tribuam; debella mecum Hæreticos, & ego tecum debellabo Perſas*. Eo tempore totus erat Neſtorius in debellandis Arianis.

431. Epheſi PP. conſeſſus, & Cõcilium Generale celebratur contra Neſtorium. Interfuere Sedis Apoſto-

licæ

licæ Legati Arcadius, & Proiectus Epiſcopi, Philippus S.R.E. Præsbyter Card. tum lectis Cæleſtini Papæ litteris, in quibus non minus facundè, quàm verè plura de Chriſti Diuinitate exponebantur, condemnatus Neſtorius eſt, &, vt magis ea damnatio in omnium ore verſaretur, tunc primò illud Angelicæ Salutationi additum eſt. *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus*. Card. Baron. ad hunc Ann.

Candidianus, qui Theodoſij Imperatoris nomine Concilio Epheſino aderat, ſcripſit pro Neſtorio Epiſtolas ad Theodoſium; eas verò, quę à Catholico cætu mittebantur, intercepit; ſed, cognita fraude, PP. fidum vili veſte, ac egeni, & mendicantis ſpeciem prędferentem delegant Tabellarium, ſeù Nuncium, illiquè Epiſto-

las

las in caua arundine, cui veluti ad itineris leuamen innixus progrediebatur, ad Imperatorem mittunt (refert *Card. Baron. ad hunc Ann.*) qui ſtatim Epheſini cętus Acta exequutioni demandans Neſtorio pulſo Maximianũ Conſtantinopolitanę ſubrogat ſedi. Vide *tom. 5. Concil. cap.* 11. *Socratem lib. 7. cap. 34.*

432. **Sixtus III. Summus Pontifex iniectum ſibi crimen ab Anicio, & Mariano patritijs, quòd ſacram Virginem ſtupro polluiſſet, ad ſacrorum Canonum præſcriptum, nulla tamen lege ad id eum aſtringente, ità appoſitè ſe purgat, ac Synodo PP. habita coram Valentiniano Occidentis Imperatore ità ſolidè à ſe illatum crimen abijcit, vt ex detecta calumnia magnum illi decus acceſſerit, verſa pœna delati criminis in accuſatores.**

Ana-

Digitized by Google

Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. ex fide refert *ad hunc Ann.*

Eodem tempore Britius Turonenſis Epiſcopus pari adulterij crimine poſtulatus, voce recenter nati infantis, cuius eſſe filius dicebatur, innocens detegitur. *Gregorius Turonenſis de Geſtis Francorum lib.* 1. *cap.* 1. *lib.* 10. *cap.* 31.

434. Neſtorius in dies obſtinatior factus in Oaſenam Aegypti ſolitudinem relegatus Dei iram ſenſit vltricem, nam exeſa vermibus lingua miſerè deceſſit. *Euagrius lib.* 1. *cap.* 8. *Niceph. lib.* 14. *cap.* 26.

439. Diui Petri vincula, ſeù catenę Hieroſolymis Romam ab Eudoxia tranſmiſſę, cum ijs, quæ Romæ erant, diuina vi ita coniunguntur, ac ſi ab vno, eodemque artifice fabrefactę forent. Hinc Templum Diuo Pe-

tro

tro à Vinculis appellatum, Eudoxia Imperatrix in Exquilio monte erigit, habeturquè vſquè hodiè Feſtus dies Kalendis Auguſti, quo rem tantam contigiſſe, tradunt; Quàm autem catenę iſtæ ſolitæ fuerint coruſcare miraculis; *Sanctus Gregorius Papa in ſuis ad diuerſos litteris* locuples teſtis eſt. Morem verò fuiſſe Romanorum Pontificum pro nobili munerę aliquid ex limatura earundem catenarum ad inſigniores Perſonas mittere, plurima exempla declarant, quę ſuis opportuniùs locis narrabimus.

In Baſilica quoquè Conſtantinopolitana Diui Petri gladium ſeruari, miraculiſque innumeris coruſcare. *Proclus Patriarcha Conſtantinopol. apud Surium die* 1. *Auguſti* refert.

446. Terræ motu ingenti Conſtātinopolis quaſſatur, ſed Proclus Pa-

triarcha, & Ciues moniti fuerunt à puero è media Turba per turbinem in ſublime rapto, vt Triſagium decantarent. *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miſerere nobis*; eoque documento terræ motus quieuit. Vide *Concil. Conſtantinopolit. VI. Can.* 81. *& Epiſt. Felicis Papæ*, quæ habetur initio *Concilij Conſtantinopolitani Quinti*.

447. Arcanum Sanctiſſimę Trinitatis aduerſus Priſcillianiſtas Litteris Leonis Papæ, & Concilio Toleti habito defenditur, additumque eſt Nicæno Symbolo, vt diuinitas Spiritus Sancti exprimeretur, *qui à Patre, Filioque procedit*. Vide *Concilium Tolet. I. in Aſſertione Fidei*, quæ eſt in calce eius Concilij.

448. Concilio Conſtantinopolitano habito damnatur Eutychetis

er-

Digitized by Google

error aſſerentis, in Chriſto vnam eſſe Naturam, ſicuti vna erat Perſona. *Euagrius* refert *lib.*1.*cap.*9.*&* *lib.*2.*ca.*4. Quia verò Neſtorius docuerat, in Chriſto duas eſſe perſonas, ſicuti duæ adſtruebantur Naturæ, patet manifeſtè, Eccleſiam Catholicam media via procedere, duas, nimirum, aſſerere naturas in vna, eademquè Perſona, mira Vnionis vi vnitas, atque connexas, non verò permixtas, atque ità confuſas, vt ex duabus Naturis, Diuina, ſcilicèt, & Humana, Tertia quædam reſultaſſet, vt excogitauerat Eutyches, *Euagrius loc.cit.*

449. Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus vi armorum fretus, vti erat Eutychetis fautor acerrimus, in Concilio Epheſino II. ſeu potius Conciliabulo PP. ab Eutychete varios, vel exilio propulſat, vel vi cogit ad ſubſcri-

H ben-

Iam reuocauerat ad vmbilicum Concilium Chalcedonenſe Oecumenicum, & hęretici deridebant acta, quaſi non eſſent ope veritatis nixa, ſed potentia, & auctoritate Marciani tùm Imperatoris, qui Concilio adfuerat, firmata; quare Catholici conuenere cùm hæreticis, vt ambo mandarent cartis Symbolum propriæ fidei, litteraſque illas ſigillo obſeſſas abderent D. Euphemię ſepulchro, & quas comprobaret Virgo, illa haberent pondera Catholicæ Fidei; iam actum eſt, monumentum recluditur, ibique conſtipantur cartæ; poſtridiè reuerſi ad tumulum, deſiliunt intrò, petunt cartas à Virgine, quæ ſtatim Patriarchæ, & Imperatori cartam Catholicæ porrigit fidei, ſpreta carta hæreticorum, quorum plurimi abiurata hęreſi Fidem Catholicam amplexi ſunt.

Digitized by Google

ſunt. *Ribad.in Vita S.Euph.*

452. Attila Hunnorum Rex, *flagellum Dei*, & *Virga Diuini furoris*, dictus, in Italiam deſcendit; Mediolanum ingreſſus depictos videns in aureis ſolijs ſedentes Romanos Cęſares, Scythas verò ad eorum pedes procũbentes, iuſſit protinus inuerſo ordine Scythas in Solijs, Romanos verò ad eorum pedes aurum effundentes, tributumque exoluentes, deſcribi; *Suidas* refert.

Aduentanti Romam Attilę Leo Papa, vbi Mincius in Padum influit, occurrit, grauique ſermone obtinet, vt retro moueat agmen. Mirantibus cunctis tàm ſubito verſam Regis mẽtem, proclamat Attila, loquenti Leoni altitiſſe Virum ſacris velatum insignibus, mira præfulgentem luce, exitium, ſi progrederetur, minitan-

Digitized by Google

Diaconus ad comprimendam Pelagianam Hæreſim in Britanniam miſſus à Cæleſtino I. Papa, cum Scotiam ab Idolorum cultu ad Fidem Chriſti cõuertiſſet, Apoſtoli Titulum apud eas gentes eſt conſecutus. *D. Proſper in Chron. & aduerſus Collat.* refert.

430. Ad compeſcendam Hæreſim Neſtorij aſſerentis, in Chriſto non fuiſſe in vna Hypoſtaſi Diuinam, Humanamq; naturam, ſed Deum Chriſto puro homini, non quidem initio conceptionis ſuæ, ſed progreſſu temporis adſtitiſſe, Cyrillo Alexandrino Epiſcopo vices ſuas delegat, ſimul & Phrygium, ſeù Pallium, ac Pontificiam Thiarã ex Vrbe tranſmittit Cæleſtinus I. Cyrillus aduocato PP. cætu damnat Neſtorium, qui è contra Cyrillo Hæreſim Apollinaris appingit aſſerentis, loco animæ rationalis in

Chri-

ſto Diuinitatem ſubſtitutam. At hoc non aſſerebat Cyrillus, ſed Diuinitatem, & Humanitatem ex corpore, Animaque conflatam in vna Perſona, ſeù Hypoſtaſi in Chriſto coaluiſſe, adeo vt B. Virgo verè *Theotocos*, & non *Chriſtotocos* tantùm (vt volebat Neſtorius) diceretur. *Theodor. lib. 4. de Fabulis Heret. & Proſper in Chron.*

Neſtoriũ vix Conſtantinopolis ordinatum Epiſcopum in orat. ad Principem ſic audacter loquutum accepimus ex Hiſt. Trip. lib. 12. cap. 4. *Da mihi, ò Imperator, Terram purgatam Hæreticis, & ego Cælum tribuam; debella mecum Hæreticos, & ego tecum debellabo Perſas.* Eo tempore totus erat Neſtorius in debellandis Arianis.

431. Epheſi PP. conſeſſus, & Cõcilium Generale celebratur contra Neſtorium. Interfuere Sedis Apoſto-

licæ

licæ Legati Arcadius, & Proiectus Epiſcopi, Philippus S.R.E. Præsbyter Card. tum lectis Cæleſtini Papæ litteris, in quibus non minus facundè, quàm verè plura de Chriſti Diuinitate exponebantur, condemnatus Neſtorius eſt, &, vt magis ea damnatio in omnium ore verſaretur, tunc primò illud Angelicæ Salutationi additum eſt. *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus*. Card. Baron. ad hunc Ann.

Candidianus, qui Theodoſij Imperatoris nomine Concilio Epheſino aderat, ſcripſit pro Neſtorio Epiſtolas ad Theodoſium; eas verò, quę à Catholico cætu mittebantur, intercepit; ſed, cognita fraude, PP. fidum vili veſte, ac egeni, & mendicantis ſpeciem pręferentem delegant Tabellarium, ſeù Nuncium, illiquè Epiſto-

las

las in caua arundine, cui veluti ad itineris leuamen innixus progrediebatur, ad Imperatorem mittunt (refert *Card. Baron. ad hunc Ann.*) qui ſtatim Epheſini cętus Acta exequutioni demandans Neſtorio pulſo Maximianũ Conſtantinopolitanę ſubrogat ſedi. Vide *tom. 5. Concil. cap.* 11. *Socratem lib. 7. cap.* 34.

432. Sixtus III. Summus Pontifex iniectum ſibi crimen ab Anicio, & Mariano patritijs, quòd ſacram Virginem ſtupro polluiſſet, ad ſacrorum Canonum præſcriptum, nulla tamen lege ad id eum aſtringente, ità appoſitè ſe purgat, ac Synodo PP. habita coram Valentiniano Occidentis Imperatore ità ſolidè à ſe illatum crimen abijcit, vt ex detecta calumnia magnum illi decus acceſſerit, verſa pœna delati criminis in accuſatores.

Ana-

Digitized by Google

Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. ex fide refert *ad hunc Ann.*

Eodem tempore Britius Turonenſis Epiſcopus pari adulterij crimine postulatus, voce recenter nati infantis, cuius eſſe filius dicebatur, innocens detegitur. *Gregorius Turonenſis de Geſtis Francorum lib.* 1. *cap.* 1. *lib.* 10. *cap.* 31.

434. Neſtorius in dies obſtinatior factus in Oaſenam Aegypti ſolitudinem relegatus Dei iram ſenſit vltricem, nam exeſa vermibus lingua miſerè deceſſit. *Euagrius lib.* 1. *cap.* 8. *Niceph. lib.* 14. *cap.* 26.

439. Diui Petri vincula, ſeù catenę Hieroſolymis Romam ab Eudoxia tranſmiſſę, cum ijs, quæ Romæ erant, diuina vi ita coniunguntur, ac ſi ab vno, eodemque artifice fabrefactę forent. Hinc Templum Diuo Petro

tro à Vinculis appellatum, Eudoxia Imperatrix in Exquilio monte erigit, habeturquè vſquè hodiè Feſtus dies Kalendis Auguſti, quo rèm tantam contigiſſe, tradunt; Quàm autem catenę iſtæ ſolitæ fuerint coruſcare miraculis; *Sanctus Gregorius Papa in ſuis ad diuerſos litteris* locuples teſtis eſt. Morem verò fuiſſe Romanorum Pontificum pro nobili munere aliquid ex limatura earundem catenarum ad inſigniores Perſonas mittere, plurima exempla declarant, quę ſuis opportuniùs locis narrabimus.

In Baſilica quoquè Conſtantinopolitana Diui Petri gladium ſeruari, miraculiſque innumeris coruſcare. *Proclus Patriarcha Conſtantinopol. apud Surium die* 1. *Auguſti* refert.

446. Terræ motu ingenti Conſtātinopolis quaſſatur, ſed Proclus Pa-

triar-

triarcha, & Ciues moniti fuerunt à puero è media Turba per turbinem in ſublime rapto, vt Triſagium decantarent. *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miſerere nobis*; eoque documento terræ motus quieuit. Vide *Concil. Conſtantinopolit. VI. Can.* 81. *& Epiſt. Felicis Papæ*, quæ habetur initio *Concilij Conſtantinopolitani Quinti.*

447. Arcanum Sanctiſſimę Trinitatis aduerſus Priſcillianiſtas Litteris Leonis Papæ, & Concilio Toleti habito defenditur, additumque eſt Nicæno Symbolo, vt diuinitas Spiritus Sancti exprimeretur, *qui à Patre, Filioque procedit*. Vide *Concilium Tolet. I. in Aſſertione Fidei*, quæ eſt in calce eius Concilij.

448. Concilio Conſtantinopolitano habito damnatur Eutychetis

er-

error aſſerentis, in Chriſto vnam eſſe Naturam, ſicuti vna erat Perſona. *Euagrius* refert *lib.*1.*cap.*9.*&* *lib.*2.*ca.*4. Quia verò Neſtorius docuerat, in Chriſto duas eſſe perſonas, ſicuti duæ adſtruebantur Naturæ, patet manifeſtè, Eccleſiam Catholicam media via procedere, duas, nimirum, aſſerere naturas in vna, eademquè Perſona, mira Vnionis vi vnitas, atque connexas, non verò permixtas, atque ità confuſas, vt ex duabus Naturis, Diuina, ſcilicèt; & Humana, Tertia quædam reſultaſſet, vt excogitauerat Eutyches, *Euagrius loc.cit.*

449. Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus vi armorum fretus, vti erat Eutychetis fautor acerrimus, in Concilio Epheſino II. ſeu potius Conciliabulo PP. ab Eutychete varios, vel exilio propulſat, vel vi cogit ad ſubſcri-

Digitized by Google

bendum pro Eutychete; Ex his vnus Hilarius Apoſtolicæ Sedis Legatus S.R.E. Cardinalis Diaconus fuga elapſus Romam peruenit, & memor, ſe Ioannis Euangeliſtæ olim Epheſi Epiſcopi patrocinio, è coniuratorum manibus elapſum, ſacellum in Lateranenſi Baſilica opere muſiuo prope Conſtantini Baptiſterium erexit cùm inſcriptione; *Liberatori ſuo Ioanni Euangeliſtæ Hilarius Epiſcopus ſamulus Chriſti*. Refert *ad hunc Annum Cardinalis Baronius ex Leonis Papę litteris, & ex alijs Auctoribus.*

451. Chalcedonenſi Concilio Generali PP. habito, præſidentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis, Dioſcorus condemnatur à 630. qui illùc conuenerant PP. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth.* ſcribit: Et legi contra hæreticos latæ, quæ habetur in C.tit.de Apoſtatis inherens

hęrens

hærens Marcianus Imperator, qui Cõcilio interfuit, Dioſcorum Sede propellit, in Paphlagoniam ablegat, vbi mærore cõfectus miſerè deceſſit. Marcianus cum vxore ſua Pulcheria poſtulauerunt à ſacro Concilio, vt dirigeret ad Beatiſſimum Papam Leonẽ Acta Concilij, vt illa probaret, & vt Fidem Catholicam exponeret. Notat *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. ad hunc Annum.*

Duas haſce Hęreſes Neſtorij, & Eutychetis, ac Dioſcori adhuc in Oriente perdurare, notat Bellarm. in Chron. ſed Card. Baronius teſtatur tempore Clementis Papæ VIII. Alexandria Legatione miſſa expetijſſe Aegyptios cum Romana Eccleſia communionẽ, ſimul & Eutychetis, ac Dioſcori damnaſſe hæreſes. Vide *Concil. Chalced. to. 2. Concil. Epit. Concil. Staroуolſcij fol.* 380.

Digitized by Google

Iam reuocauerat ad vmbilicum Concilium Chalcedonenſe Oecumenicum, & hęretici deridebant acta, quaſi non eſſent ope veritatis nixa, ſed potentia, & auctoritate Marciani tùm Imperatoris, qui Concilio adfuerat, firmata; quare Catholici conuenere cùm hæreticis, vt ambo mandarent cartis Symbolum propriæ fidei, litteraſque illas ſigillo obſeſſas abderent D. Euphemię ſepulchro, & quas comprobaret Virgo, illa haberent pondera Catholicæ Fidei; iam actum eſt, monumentum recluditur, ibique conſtipantur cartæ; poſtridiè reuerſi ad tùmulum, deſiliunt intrò, petunt cartas à Virgine, quæ ſtatim Patriarchæ, & Imperatori cartam Catholicæ porrigit fidei, ſpreta carta hæreticorum, quorum plurimi abiurata hereſi Fidem Catholicam amplexi ſunt.

Digitized by Google

ſunt. *Ribad. in Vita S. Euph.*

452. Attila Hunnorum Rex, *flagellum Dei, & Virga Diuini furoris*, dictus, in Italiam deſcendit; Mediolanum ingreſſus depictos videns in aureis ſolijs ſedentes Romanos Cęſares, Scythas verò ad eorum pedes procũbentes, iuſſit protinus inuerſo ordine Scythas in Solijs, Romanos verò ad eorum pedes aurum effundentes, tributumque exoluentes, deſcribi; *Suidas* refert.

Aduentanti Romam Attilę Leo Papa, vbi Mincius in Padum influit, occurrit, grauique ſermone obtinet, vt retro moueat agmen. Mirantibus cunctis tàm ſubito verſam Regis mẽtem, proclamat Attila, loquenti Leoni aſtitiſſe Virum ſacris velatum inſignibus, mira præfulgentem luce, exitium, ſi progrederetur, minitantem;

tem; Ea obuerſa ſpecie Petrus Romanę Vrbis Tutelaris, haud obſcurè indicabatur. *Petrus Diaconus, Anaſtaſius S. R. E. Biblioth.* referunt.

455. Genſericus Vandalorum Rex, qui occupata Africa, Carthagine tenebat ſedem, per Nuncios ab Eudoxia Romam vocatus, alacer ingenti cum exercitu venit, & nullo repugnante Vrbem ingreditur. Imperatoriæ opes, auratę ex Iouis Capitolini Templo tegulæ, quidquid pretioſi in Vrbe fuit, Hieroſolymitani quoque Templi aurea, argenteaque vaſa, quæ Titus Veſpaſiani Filius, expugnata Hieroſolyma, Romam detulerat, victoris pręda fuere, tùm ingenti onuſtus præda vel Eudoxiam ipſam Carthaginem aſportat, deſponſurus Eudoxiæ iuniori filium Hunnericum. *Paulus Diaconus lib.* 15. *Euagrius*

Digitized by Google

*grius lib.*2.*cap.*7.*Nicephorus lib.*15.*c.*11. referunt.

457. Dioſcori, & Eutychetis Fautores in Oriente Protherium in Alexandrinam Sedem à Conc.Chalcedonenſi ſubrogatum anniuerſaria die Cœnæ Domini in Templo interficiunt, corpuſque per Alexandrinam Vrbem protractum, membratim dilaniant, ſed Anno

459. Concilio PP.Cõſtantinopoli habito, Romanis Legatis, & Leone Imperatore agentibus, Timotheus à fautoribus Dioſcori in Alexandrinã Sedem intruſus, gradu amouetur, propellitur, & in eandem Sedem alius pari nomine, ſed probatæ virtutis Timotheus, euehitur. *Liberatus Diaconus ſuo in Breuiario cap.*15. *& Leonis Papæ litteræ* narrant.

Eodem tempore Leo Papa decreuit

Digitized by Google

ſeruandam eſſe antiquã Eccleſię traditionem, vt nõ niſi Paſchatis tempore, ac Pentecoſtes citrà neceſſitatem Baptiſmus adminiſtraretur . Vide *cap. Non ratione dè conſecr. diſt.*4. Hodiè verò poteſt adminiſtrari paruulis Baptiſmus ſtatim, ac nati ſunt. *Trid. ſeſs.*5. *de Peccato Orig. cap.*4. Vt Peccatorum confeſſio non niſi ſecretò perageretur. Vide *Trid.ſeſs.*14.*cap.*5.

461. Maioranus Imperator ſanxit, nè Virgines ad ſacrum velum ſuſcipiendum inuitæ adigerentur, neuè illud ante Quadrageſimum ętatis annum reciperent, interim verò liberum illis eſſe, ſi nubere voluerint; Hoc egit Imperator, vt ſacris Canonibus ſe conformaret, nam ita habetur *cap. Sanctimoniales* 20.*quæſt.*1. ſed aduerte, pro diuerſis temporibus diuerſa de hoc extare decreta.

Hi-

465. Hilarius Papa peculiari Cõſtitutione ſanxit, ne Epiſcopis ſucceſſores ſibi deligendi ius eſſet; ideoque Barcinonenſis Epiſcopi, qui moriens Irenęum quendam veluti hęreditario iure ſubrogarat, cohibuit facinus, ne tranſiret in exemplum. Vide *cap. Petijſti. diſt. 7. q. 1.*

Hilarium Papam tres Synodos Nicęnam, Epheſinam, Chalcedonenſem; Tomum Beati Leonis, nec non Auctoritatem, Dominationem, & Principatum Sanctę Sedis Apoſtolicę confirmaſſe, *Anaſt. S. R. E. Biblioth.* ſcribit *ad Annum* 461.

466. Leo Orientis Imperator l. 6. C. de ijs, qui ad Eccleſ. ſanxit poenam vltimi ſupplicij ijs, qui ad ſacras ędes confugientes, extraxerint. Vide *Greg. I. lib. 2. ex Regeſt. Epiſt. 56. lib. 8. Epiſt. 64. Concil. Conſtantienſe ſeſſ. vlt.*

Con-

Digitized by Google

Concilium Vernen.c.19.Concil.Rauenn.I. cap. 9.

Rhemenſes Ciues Remigium vix adoleſcentiam egreſſum , nam 22. agebat annum,in Epiſcopum,ac Prę-ſulem expoſcunt , & conſecratum ea ipſa ętate *Surius* refert , non deſunt alia hac de re exempla , quæ opportunius infrà referam .

476. Italia Odoacer Erulorum Rex potitus,Auguſtulum Romanum hoc tempore Imperatorem à militibus acclamatum agente Oreſte eius Patre militiæ Pręfecto, in ordinem redigit , in amęnos receſſus,quos propè Neapolim mare interfluit , vbi quondam Luculli delitię fuerant,propellit , refert *Marcellinus in Chron.* Hic ſpreto Imperatoris Titulo primus omnium Italię Rex eſt appellatus; ità Romanum Imperium,quod ſub Au-

guſto

guſto auguſtiſſima habuerat initia, ſub pari nomine, haud pari virtute viro, poſtquam annos pluſquam quadringentos toto Terrarum Orbe diffuſum ſtetiſſet, concidit; pariter Orientis Imperium, quod ſub Conſtantino Magno inceperat, ſub Conſtantino Palæologo concidit; bene notant *Bellarm. in Chron. Ioan. Horatius Scoglius ſua in Hiſt.*

477. Zeno, qui ſublato Leone infantulo Imperium Orientale occupauerat, cùm variè Catholicos vexaret, & Hæreticos Eutychianos Epiſcopos ſuis ſedibus à Leone Seniore pulſos reſtituiſſet, à Baſiliſco Imperij Orientalis competitore in Iſaurum propellitur: Verùm dum acriùs, quàm Zeno, in Catholicos Baſiliſcus inuehitur, adeò vt etiam Chalcedonenſe Concilium per edictum infringere

non

Digitized by Google

non ſit veritus, vltore Deo, ab Imperio ira Populi deijcitur, in Cappadociam propellitur, vbi mærore, tabeque confectus interijt; tum Populi fauore Zeno reſtitutus Imperio, & melior factus litteras ad Simplicium Papam, cultum, & obſequium referentes, miſit, Eutychianos Epiſcopos, quos ſuis ſedibus reſtituerat, propellit. Verùm Acacij Patriarchæ Conſtantinopolitani dolis factum eſt, vt Zeno Epiſcopos à ſe eiectos reuocaret, tum Acacius, vt magis Zenonem adſtringeret, initurum ſe viam, & rationem iactat, qua totum Orientale Imperium in vnam fidem conueniret, ac ſtatim librum, quem, *Enoticon*, ſeù *vnitiuum* inſcripſerat, offert. Præclara multa in eo libro de Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino Concilijs dictitans, Acta Concilij Chalcedonenſis ſilen-

ſilentio præterit; Quare Zeno imperat *Henoticon* vulgari, & excommunicationis pœnam per ſummam iniuriam, & arrogantiam comminatur in eos, qui *Henoticon* non reciperent. *Euagrius lib. 3. cap. 14.*

483. Odoacer Italiæ Rex edicto præcipit, ne quis, ſe inconſulto, Romanus Pontifex eligeretur; quę iniqua lex ſub Symmacho Papa vigeſimum poſt annum reuocata eſt. Vide *Concil. Rom. cap. 2. cap. Ego Ludouicus, & cap. Tibi Domino. diſt. 63.*

484. Legati Sedis Apoſtolicæ à Felice III. miſſi, vt Henoticon proſcriberetur, non ſolum non auditi, ſed in carcerem detruſi ſunt agente Acacio, quo etiam auctore liberati, non modò, quæ Legatione continebantur, aggredi non ſunt auſi, ſed cum Acacio, & alijs Hæreticis familia-

Digitized by Google

liariter verſati ſunt, quare Romam Legatione turpiter geſta rediere. *Anaſtaſ. S.R.E. Bibl.*

Hunnericus Vandalorum Rex, qui Genſerico in Africa ſucceſſerat, Ariana vecors perfidia acerrimè vexat Catholicos, nam alios in exilium pellit, alijs linguam abſcindit; at hos ſine lingua eloquentiſſimè pro Fide Catholica peroraſſe, *Victor Vticenſis lib. 2. de Perſecut. Vandal. Iuſtinianus de officio Præſidis* referunt: ſed paucos poſt mēſes miſerabili exitio vermibus ſcatens vitæ ſinem Hunnericus inuenit. *Victor qui ſupra.*

485. Anthemius Salaminæ in Cypro Epiſcopus per ſomnium edoctus, vt humum non longè effodiat, Barnabæ Apoſtoli tumulum inuenit, ibidemque ad Apoſtoli pectus Euangelium, quod Matthæus conſcripſerat,

rat ; Illud Zeno Imperator Conſtantinopolim defert, aſſeruatque in Regia auro, gemmiſque circumſeptum. *Alexander Monachus*, *Theodorus Lector*, *Suidas*, *Nicephorus lib.*16.*cap.*32. referunt.

491. Zeno Imperator Comitiali morbo oppreſſus diù ſenſus, motuſq; expers fuit; exanimis, mortuique ſpeciem præſeferentem tumulo inferunt : multas poſt horas abſcedente vi morbi, multo eiulatu, clamoreque valido expoſcebat opem; audito è tumulo gemitu, vetat Ariatna vxor, cui erat inuiſus Zeno, quempiam accedere; nemine opitulante, mærore, ac fame interijt; ſerò tandem patefacto tumulo, inuentus eſt Zeno admoto lacertis ore, quos edere fame adigebatur; hoc miſerabili exitu ſoluit poenas eius, quam in Catholicos viuens per-

Digitized by Google

perſequutionem exercuerat ; *Euagrius lib.3.c.29. Cedrenus in Comp.Hiſt.* ſcribunt.

494. In Concilio Romano ſub Gelaſio decernitur, vt Acacij iam mortui nomen è Sacris Dypticis deleretur, quod obtinere ab Euphemio, qui Acacio ſucceſſerat Conſtantinopolitana in Sede, Summus Pontifex haud potuit ; ſed Deo vltore ab Anaſtaſio Imperatore Euphemius Sede propellitur. *Cyrillus in Vita S. Sabæ cap.69.Surius tom.6.*

. Sectator quidam Arianæ perfidiæ cùm in Sanctiſſimam Triadem intorqueret cõuicia,dicendo,membris corporis neceſſarijs apprehenſis ; *Eccè & ego Trinitatem habeo*. Luit atrocitatem criminis merito ſupplicio, dum in ſe bacchatus proprium cõſcerpſit ſinum *Baron.ad hunc Ann.*

Digitized by Google

495. Lupercalia, quæ Euander ex Arcadia profugus Palatini Montis primus accola antiquiſſimo tempore inſtituerat, Gelaſius Papa ſuſtulit, vt patet *ex eius Epiſt. ad Andromacum*: eo ludicro nudi iuuenes per luxum, atque laſciuiam læti diſcurrentes Lycæum Pana venerabantur; immenſos ſumptus, quos ad Circenſes celebrandos ludos Senatus, Populuſquè Romanus effundebant, vt in pauperum vſus verterentur, Gelaſius Papa pariter obtinuit. *Saluianus de vero Iudicio lib.6. & Baron. ad Ann. 496.*

496. Anaſtaſius II. Papa Legatos ad Anaſtaſium Imperatorem Conſtantinopolim mittit, vt è Sacris Dypticis Acacij nomen expungeret; re infecta Legati Romam rediere; at paulo poſt Anaſtaſius Imperator fulmine tactus interijt. Ex fide refert

Card. Baron. & ideò immeritò *Gratianus cap. Anaſtaſius. diſt.* 19. pro Anaſtaſio Imperatore Anaſtaſium Papam fulmine percuſſum aſſeruit, quaſi occultè cum Acacio communicauerit. Vide *Gloſ. ad dictum cap. Anaſtaſius*, in quo, ſicut & in pleriſque alijs Gratianum erraſſe, notant *Bellarm. de Scriptoribus Eccleſ. fol.* 305. *Antonius Auguſtinus in Dialogis de Decreti Gratiani emendatione*, *Card. Baron.* & alij.

498. In electione Summi Pontificis, qui Anaſtaſio ſuccedat, in duas partes Eccleſia Romana diuiditur; nã alij Symmachum ſpectatæ virtutis virum, alij, auro corrupti, Laurẽtium S. Laurentij Archipræsbyterum Cardinalem petebant: Theodorici auctoritate res eſt compoſita, nam audita Rauennę vtriuſque cauſa, pro Symmacho, pro quo ius ſtabat, Pontificatus

tus ſtetit. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Symmacho.*

499. Symmachus aduocato PP. cętu pro electione Summi Pontificis Conſtitutionem edit, Legem contra ambitum ſanciuit, quæ habetur *to.2. Concil.& cap.Si quis Papa diſt.79.*

Clodoueus Gallorum Rex, Chriſti ope implorata, Victor è Germania, rediens à Rhemenſi Epiſcopo Sancto Remigio Baptiſmi Aqua luſtratus, & Balſamo, quo vas plenum columba, è Cęlo dimiſſa attulerat, inungitur; hoc vas vſque hodie ſeruari, fama eſt, eodemque cunctos Reges Galliarum, inungi, ſacrarique ſemper ex parua, ampulla inexhauſto ad hanc diem, manente liquore. Vide *Ep.1.Hormiſdæ ad S.Remigium.*

501. Excitantur Turbæ Romæ contra Symmachum à Competitoris

Digitized by Google

Laurentij fautoribus, obijciturque Symmacho adulterij crimen; ſed Conuentu PP. habito, eo ſe purgat crimine Symmachus ad ſacrorum Canonum formam, adhibitis etiam teſtibus eius vitæ conſuetudinis notitiam habentibus, tùm pœna in accuſatores verſa, cautum eſt, nè in poſterum Paſtores à commiſſis ſibi ouibus, nullo niſi fortè Hęreſis-crimine accuſari poſſint, habetur *c.Cum oues.2.q.7.* Eodem Conuentu à Communione fidelium Anaſtaſius Orientis Imperator ſeiungitur; Symmachus ex PP. voto ſententiam dixit, ideoque ab Anaſtaſio famoſis libellis impetitur, quibus magis Regij animi petulantia eſt detecta, quàm Pontificis dedecus. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. ad hunc Annum 498.*

Eodem Anno Agri, Villę, Domus,

quæ

Digitized by Google

quę ex piorum largitate Eccleſię prouenerant, ità Clericis aſſignata, vt donec Vita ſuppeteret, quærerent ex eis vitę vſum, ad Eccleſiam deinde, ijs decedentibus remanſura; hinc Beneficiorum origo. Vide *cap. Clerici. 1. quæſt. 2.*

505. Aduerſus Alaricum Viſigothorum Regem Ariana labe infectum, & Regni Gallicani ex parte occupatorem, ſiue zelo fidei, ſiue Regni propagandi cupidine motus Clodoueus arma mouet; poſt multam pugnam obuiam Regi Rex Clodoueus factus proprijs corporibus miſcuere certamen. Alaricus interimitur, & magnum ex hac Victoria accepit Eccleſia incrementum. Vide *Conc. Arelaten. tom. 2. Concil. Greg. Turonen. Hiſt. Franc. lib. 2. cap. 32.*

512. Anaſtaſius Imperator dira

mota perſecutione in Eccleſiã, Chalcedonenſis Concilij Acta comburit; præcipuos Antiſtites ex Eccleſijs, & ſedibus ſuis pellit; túnc enim verò ſilente Clero Sabbas Abbas, Theodoſius Cœnobita, alijque inclyti monaſticæ vitæ cultu in Palæſtina degentes, palàm facinus improbarunt, dictitantes: *quatuor Oecumenica Concilia Nicænum, Epheſinum, Conſtantinopolitanum, & Chalcedonenſe tanquam quatuor Euangelia eſſe habenda*. Habetur *ex Epiſtola Apologetica Theodoſij celeberrimi Cænobiarchæ ad Anaſtaſium Imperatorem.* Vide *Baron. ad Ann.* 511.

514. Hormiſda Papa, qui Symmacho ſucceſſerat, datis ad Anaſtaſium litteris, ab incępto eum reuocare, aggreditur; Reſpondit Anaſtaſius *ſe ad imperandum, non ad parendum natum*. Tum Hormiſda Legatos miſit,

Digitized by Google

quibus Imperator benignè primò exceptis, & auditis; cum deinde mandata Summi Pontificis exponerent; *Ite*, inquit, *renuntiate Pontifici, Imperatoris eſſe imperare, non parere*; ac ſtatim cum ignominia dimittens naui quaſſæ, & ruinoſæ imponit ea conditione, vt rectà in Italiam pergerent, nec auderent per Græciæ, aliaque Orientalis Imperij oppida, ac Pagos ſecedere, vel ad horam immorari. Verùm, ità Deo diſponente, Legati Romam proſpero itinere rediere. *Anaſt. S.R.E.Bibl.* refert.

518. Anaſtaſius Imperator miſerabili vitæ exitu extinguitur; morituro horribilis viri ſpeciem oblatam manu librum tenentis, & ſimul increpantis; *En ob tuam improbitatem quatuordecim annos vitæ deleo*. Ad eam vocem ſubito fulminis ictu interem-

ptus occumbit. *Theophanes in Miſcellaneis* refert. *Anaſtaſius S.R.E. Bibl. in Hormiſda.*

Helias Hieroſol. Patriarcha, & Flauianus Antiochię Primas, in exilium pulſi ab Anaſtaſio Imperatore, qui fulmine afflatus occubuerat, alterius conſalutabant ſe litteris, ac hiſce planè verbis; *Anaſtaſius mortuus eſt, eamus & nos, vt iudicemur cum illo*, & illicò diem ſuum viderunt extremum ſexto Idus Iulij. *Io: Seuer. pret. mort. Iuſt.*

519. Iuſtinus Imperator, qui ſe non prius Imperatorem, quàm à Ioanne Conſtantinopolitano Patriarcha coronam accepiſſet, agnouit; quique Legatos ab Hormiſda Papa miſſos sũmo cum honore exceperat; Acacij nomen è ſacris Dypticis aboleri iuſſit, tum aliorum Epiſcoporum nomina, qui cum Acacio communicauerant,

pa-

pariter expungi pro ea, quam erga Romanam Sedem profitebatur, reuerentia tolerauit, ac ſuas pro illis irritari preces; nunquam enim adduci potuit Hormiſda, vt nomina in ſacris Dypticis retinerentur; *Habuere*, aiebat, *Acacium in honoribus Ducem, habeant modò, Acacij nomine expuncto, in dedecore Precurſorem. Anaſt. S.R.E. Bibl. in Hormiſda.*

523. Coronam auream cum gēmis, quæ Regnum appellari ſolet, Hormiſdæ Papæ donauit Clodoueus Francorum Rex. *Hincmarus in vita S. Remigij. Laurentius Surius tom.* 1. *die* 13. *Ianuarij. Anaſtaſius S.R.E. Bibl. in Hormiſda.* Hinc dicitur primus inter Pontifices Regia redimitus corona inceſſiſſe Hormiſda.

525. Romanus Pontifex Ioannes Conſtantinopolim contendit, cumque

que obuios Conſtantinopolitanos ciues ad duodecim milliaria habuiſſet, portas Ciuitatis ingreſſus, cæco lumen reſtituit; Excipitur à Iuſtino Imperatore genu in terram flexo, admittitur in Regiam. *Greg. Papa lib. 3. Dialogorum* ſcribit. *Anaſt. S. R. E. Bibl. ad Annum* 523.

526. Ioannes Pontifex in Italiam dùm reuertitur à Theodorico carceri mancipatur, ærumnis conficitur, tum Symmachi, & Boætij capita truncantur; ſuſpecti erant ambo vnà cum Ioanne ob amicitiam cum Iuſtino Orientis Imperatore Regi Gothorum Theodorico, qui tertio poſt menſem ab eorum nece inter epulas, & conuiuia prodigioſo mortis genere occumbit; nam per ſpeciem, ac phantaſma deceptus, viſus eſt ſibi videre Symmachi nuper extincti caput fœdam

mi-

Digitized by Google

minitari mortem; tum ſubito timore, ac tremore perculſus in ſecretas domi partes ſecedens cùm eiulatu, & lachrymis efflauit animam; quam viſam eſſe in Vulcani ignem præcipitem dari, ipſumque Regem ligatis manibus, pedibuſque diſcalceatum, ad Ioannis Papæ Tribunal ſtare ab Heremita in Lipara Inſula degente, tanquam rem vulgatam *D.Greg.P.apa lib.4.Dialogorum* ſcribit.

Hoc eodem anno ius eligendi Pontificem, Gothi ſibi Reges vſurpant, lectuſquè à Theodorico eſt Felix IV. Vir cæteroqui tanto muneri par; nec obuiam iuere PP. nè id ipſum, ſi fortè abnuerent, Regis potentia extorqueretur. Habetur *ex Epiſt. Athalarici apud Caſſiod.lib.8.Epiſt.15*.

527. Iuſtinianus in Oriente Imperator Eccleſiæ Catholicæ fauet,

que obuios Conſtantinopolitanos ciues ad duodecim milliaria habuiſſet, portas Ciuitatis ingreſſus, cæco lumen reſtituit; Excipitur à Iuſtino Imperatore genu in terram flexo, admittitur in Regiam. *Greg. Papa lib. 3. Dialogorum* ſcribit. *Anaſt. S. R. E. Bibl. ad Annum* 523.

526. Ioannes Pontifex in Italiam dùm reuertitur à Theodorico carceri mancipatur, ærumnis conficitur, tum Symmachi, & Boætij capita truncantur; ſuſpecti erant ambo vnà cum Ioanne ob amicitiam cum Iuſtino Orientis Imperatore Regi Gothorum Theodorico, qui tertio poſt menſe ab eorum nece inter epulas, & conuiuia prodigioſo mortis genere occumbit; nam per ſpeciem, ac phantaſma deceptus, viſus eſt ſibi videre Symmachi nuper extincti caput fædam

mi-

Digitized by Google

minitari mortem; tum ſubito timore, ac tremore perculſus in ſecretas domi partes ſecedens cùm eiulatu, & lachrymis efflauit animam; quam viſam eſſe in Vulcani ignem præcipitem dari, ipſumque Regem ligatis manibus, pedibuſque diſcalceatum, ad Ioannis Papæ Tribunal ſtare ab Heremita in Lipara Inſula degente, tanquam rem vulgatam *D. Greg. Papa lib. 4. Dialogorum* ſcribit.

Hoc eodem anno ius eligendi Pontificem, Gothi ſibi Reges vſurpant, lectuſquè à Theodorico eſt Felix IV. Vir cęteroqui tanto muneri par; nec obuiam iuere PP. nè id ipſum, ſi fortè abnuerent, Regis potentia extorqueretur. Habetur *ex Epiſt. Athalarici apud Caſſiod. lib. 8. Epiſt.* 15.

527. Iuſtinianus in Oriente Imperator Eccleſiæ Catholicę fauet,

Hæreticos perſequitur. Athalaricus Theodorici ſucceſſor in Italia, quamuis Ariana Hæreſi infectus, legem tulit, nè Romanę Eccleſię inſeruientes Clerici ad ſæculare Tribunal inconſulto Pontifice traherentur. Vide *cap. Clericorum nullus. 11. q. 1. & cap. Nullus, & ſeq. Concil Roman. III. ſub Symmacho cap. 2. Concil. Aurelian. IV. cap. 20. Concil. Turonen. II. cap. 3. Concil. Aquiſg. cap. 83. Clemens I. Ep. 1. cap. 4. Pelagij II. Epiſtola ad Benegeſtum.*

528. Theopolis, quę deinde Antiochia, cum tempore Iuſtiniani Imperatoris continuis, ac iteratis Terræ motibus quaſſaretur, conſcriptis ex cuiuſdam viri Sancti conſilio ſingulis per Vrbem domibus hiſce verbis. *Chriſtus nobiſcum; ſtate;* Terræ motus ſtetere. *Baron. ad hunc Ann.* refert.

529. Inceptum opus à *Iulio* primum,

Digitized by Google

mum, tùm à Conſtantino *I*mperatoribus; ſparſas propemodum in infinitum Ciuiles, ac Romanas leges colligendi, *I*uſtinianus tandem hoc anno, quamuis ſecundum Suidam vix prima litterarum agnoſceret rudimenta, Treboniani, Theophili, ac Dorothei Iuris peritiſſimorum ope, vt *Suidas* ſcribit, feliciter perfecit. Vide *Proemium Inſtit. Imper.*

531. Bonifacius II. ob excitatam contra ſe à Dioſcoro Romanæ Sedis competitore ſeditionem, breui poſt mortem eiuſdem Dioſcori extinctã, cum vellet in poſterum hoc malum auertere, ac præcauere, in eam iuerat ſententiam, vt poſſet viuens Pontifex ſibi ſucceſſorem eligere, ſed cum nefas viſum eſſet PP. Eccleſiæ munera, ſucceſſore quæſito, veluti hæreditario Iure tranſmittere, non modo ab in-

incęptis deſtitit, ſed legem contrariã ſanxit. Vide *Concil. Rom. II. & Epiſt. Vnicam Syluerij. Anaſtaſius* S.R.E. *Bibl.* etiam refert *in Bonifacio.*

532. Reges Gothorum vſurpata ſibi eligendi Romanum Pontificem Iuriſdictione, nullius, aut Summi Põtificis, aut Epiſcopi electionem ratam habebant, niſi ſoluta certa quadam pecuniæ ſumma. *Caſſiodorus lib.* 8. *Epiſt.* refert.

533. Iuſtinianus Imperator compreſſurus in Oriente ingentes Hęreſes Hipatium Epheſinorum, Demetrium Philippenſium Epiſcopos, Nuncios, & Oratores ad Ioannem II. Papam mittens, opem, & conſilium ab eo expoſcit, aureaque munera quamplurima eidem ſumma liberalitate donauit. *Anaſtaſius* S.R.E. *Bibl. in Ioanne* II. refert.

534. Ex-

534. Expulſis ex Africa Vandalis à Iuſtiniano per Beliſarium Ducem Ariana hęreſis non modò, ſed & Gentilitas ex Africanis oris expulſa eſt, redditę ſunt Eccleſię Catholicæ opes, noua ſunt Templa per *I*uſtinianum erecta. *Procopius* Beliſarij Conſiliarius,& comes ſcribit.

536. Theodato Gothorum Rege mandante, Siluerius Papa eligitur; dicitur fuiſſe Hormiſdę filius, refertur in cap.Oſius.diſt.56. Verùm quòd fuerit ex legitimis Hormiſdæ nuptijs ante Sacerdotium natus, probat *hic Card. Baron.*

538. Gothis à Beliſario Vrbe pulſis Vigilius Diaconus Cardinalis non eſt veritus vi auri, & ſolutione ſepties centum aureorũ Beliſarij gratia ſibi comparata, viuente adhuc Siluerio, in Pontificatum irrepere; concilia-

ciliauerat quoque ſibi Theodoram, Auguſtam, cui promiſerat, redditurum ſe Cōſtantinopolitanæ Sedi Anthimum, quem ab eadem Sede Agapetus ante Siluerium, vt potè Hęreſis Eutychianæ infectum, expulerat. Verùm, Deo vltore, ſi verum eſt, quod aliqui affirmant, tam emptor, quam venditor commiſſi criminis pęnas notabili apud poſteros exemplo exoluit. Nam Beliſarius ad eam egeſtatem, excæcatus prius, redactus eſt, vt obolum mendicaret, Vigilium continuis calamitatibus in Pontificatu afflictatum interijſſe, infrà referemus. Siluerius verò ob iniectam Beliſario ſuſpicionem à Vigilio, quòd Gothis eſſet fauorabilis, Auguſtæ quoque inuiſus, quòd nunquam adduci potuerit, vt Anthimum ſuæ ſedi reſtitueret, militari more in Pontiam Inſu-

lam

lam deportatus, acri cuſtodiæ mancipatus, ærumnis, ac lenta fame peremptus piè occumbit, ac inter Sanctos Martyres computatur, *Anaſtaſius S.R.E. Bibl. ad Ann. 536.*

540. Vigilius in Pontificatu meliorem nactus mentem, nunquam nec litteris, nec precibus à Theodora Auguſta miſſis adduci potuit, vt Anthimum reſtitueret. *Anaſtaſ. S. R.E. Biblioth.* ſcribit *ad Ann.* 540. trium deinde Capitulorum cauſa vexatus, exilio mulctatus, Romã precibus Populi Romani à Iuſtiniano petere, permittitur; ſed cùm quiete frui opinaretur, calculi dolore correptus interijt; Notant veteres Scriptores, quòd ſicuti nemo maiori ambitu Pontificatũ quæſiuit, ita nemini per ſexdecim annos ærumnoſior ipſe Pontificatus fuit.

Apamea ab hoſtium incurſu, & furore ſeruatur immunis pręſidio Sanctæ Crucis, cuius notabilem partem Apameæ Ciues ſumma veneratione proſequebantur; tradunt *Procopius*, & *Euagrius*.

541. Quòd Conſtantinopolitana Sedes anteiret Antiochenam, & Alexandrinam, hoc anno Iuſtinianus ſanxit, vt patet ex *Nouella* 131. *de Eccleſiaſticis Tit.* & *Priu.* Hũc deinde vſum iam inductum, non obſtante veteri cõtradictione Damaſi, & Leonis anteriorum Pontificum, mutata temporum conditione Innocentius III. ratũ habuit, ac lege firmauit, vt habetur. *cap. Antiqua. de Priuilegijs.*

542. Reintegrato Gothis Italiæ Regno per Totilam eorum Regem, qui haud ſecus, quàm Attila, flagellum Dei dictus, ex congreſſu cum

D.Be-

Digitized by Google

D.Benedicto mitior factus traditur à *Procopio lib.2.de Bello Gothico.*

544. Dum in Oriente, ac præſertim Conſtantinopoli graſſatur lues B. Virginis patrocinio ſecunda die Febr. priſtina incolumitas recuperatur; *In Menologijs Græcorum* legitur.

546. Hoc anno ſchiſma trium Capitulorum cõtigit, ſic dictum, quia tribus Capitulis Concilij Chalcedonenſis Theodorus, Theodoretus, & Ibas abſoluti, alij quam plures eorum memoriam eſſe damnandam contendunt, inter hos Vigilius Papa fuit, qui propterea à Iuſtiniano Imperatore Conſtantinopolim vocatus, ſibi auerſum *I*uſtinianum ſentiens, libera voce dixit; *Ad Iuſtinianum putabam me veniſſe; en pro Iuſtiniano Diocletianum inuenio. Anaſtaſius S.R.E. Biblioth.ad Ann.540.*

553. Pro trium Capitulorum causa Synodus V. Conſtantinopolitana indicitur, conuocatur; in ea Theodori, Theodoreti, & Ibæ memoria damnatur. Et quamuis de Synodo conuocanda Pōtifex cum Imperatore conuenerat, quia de loco celebrandæ Synodi diſcors ab Imperatoris mente ſententia Pontificis fuerat, nō niſi maximis precibus ab Imperatore ſollicitatus Vigilius Acta Synodi firmauit.

555. 556. Demortuo Vigilio, iuit & Pelagius, Papa denuntiatus à Iuſtiniano, in Vigilij Papæ ſententiā. ſed ſimul dedit in Prouincias litteras, quibus Concilij Chalcedonenſis tutatus eſt decus, *Baronius ad hunc An.* 555. his tamen non obſtantibus Patriarcha Aquileię, & Veneticę Regionis Epiſcopi Schiſmate facto à Romana Ec-

clesia

cleſia deſciuerę, reſcindenda non eſſe Concilij Chalcedonenſis acta, cauſantes. *Epiſtola 5. Pelagij ad Narſetem* narrat.

560. Theodomirus Gothorum Rex Ariana Hęreſi infectus cum Ariamirum vi morbi correptum, ac morti proximum contactu reliquiarum S. Martini ad vitam reuocatum vidiſſet, hæreſim Arianam abiurauit, diſcens ea fide degere, qua is, qui languentibus ſalus erat. *Gregor. Turonen. lib. 1. cap. 11.*

563. Iuſtinianus Imperator iam ſenex Hæreſis errore labitur; Hęreſis auctor fuerat Iulius Halicarnaſſeus, qui humanam Chriſti naturam adeo extulit, vt corpus à doloribus, mentem ab humanis paſſionibus liberaret; factumque eſt, vt dum dignitati humanæ conſulitur, veritas humanita-

Digitized by Google

tis deſtruatur. Propulſi ob Catholicam Fidem in exilium leguntur Eutychius Patriarcha Conſtantinopol. Patriarcha Antiochenus, Anaſtaſius Sinayta, ſed morte Iuſtiniani paulò poſt ſecuta, ſuis ſedibus reſtituuntur. *Euagrius lib. 4. cap. 38. 39. Damaſcenus lib. de Hæreſ. Bellarm. in Chron.* referunt.

566. Delegato Hieroſolymam, à Radegunde, quæ viduata viro Clotario Francorum Rege, monaſterio ſe clauſerat, Germano Pariſienſi Epiſcopo, pars Sanctæ Crucis in Galliæ Regnum defertur, tum Venantius Fortunatus eius temporis Poeta nobilis in S. Crucis laudem carmina, verſuſquè dedit, quorum initium. *Vexilla Regis prodeunt*. Hos vſque hodie ſtatis diebus canit Eccleſia.

568. Longobardi à Narſete Iuſtinia-

ſtiniani in Italia Duce in Italiam vocati, vti erant Gentilitio cultui impensè addicti, Sacerdotibus, Templis, Aris Chriſtiano Ritui erectis, ac dicatis infenſi, inter Chriſtianorum perſecutores *à Diuo Gregorio Papa in Dialog. lib.* recenſentur, *Sigonius de Regno Italiæ lib. 2. pag.* 14. 16.

Et quidem Iuſtinianus in tempeſta nocte ſubito fato correptus eſt anno ſui Imperij 38. menſibus 8. quòd Sanctiſſimos Epiſcopos in exilium propulſaſſet; violentum eius mortis genus trienniò antè Euſtachio Patriarchæ reuelauerat Deus. *Baron. ad hunc Annum.*

569. Clerus in Gallia Cęlibatus legem infringit tanta licentia, vt non modò ſcorta domi habere, ſed & per fora comitari auderet, & plerique magis audacter coniugij nomine co-

honeſtabant ſcelus; In tanta Cleri libidine non erubuit Arobertus Rex, Meroflenda vxore repudiata, Marcouephæ vxoris ſorori matrimonio ſe iungere, tùm Concilio PP. Turoni habito Germanus Pariſienſis Epiſcopus Arobertum Regem ob incæſtuoſas nuptias diris execrationibus, ac excommunicationis ſententia plectere non eſt veritus. Verùm iuſto Dei iudicio Marcouepha à Deo percuſſa paulò poſt interijt, anno ſequenti Rex ipſe ſublatus. *Greg. Turonen. in Hiſtor. Franc. lib. 4. cap. 26.*

572. Corepiſcopos, quos Diui Petri exemplo Linum, & Cletum in Paſtoralis ſollicitudinis leuamen admittentis, antiquitas induxerat; hoc anno Ioannes Papa III. abſtulit in Gallia, & Germania, cùm priùs Damaſus in toto Orbe Chriſtiano ſuſtu-

ſtuliſſet, vt habetur *cap. Corepiſcopis. diſt.68.*

574. Aduerſus ſacrarum Imaginum cultum in Samaria inſurgentem Hæreſim Edicto reprimit, excitatum ea ex cauſa tumultum ſedat, componit Iuſtinus Imperator. *Nouella 109.& Auth.collat.8.tit.5.*

576. Romam à Longobardis obſeſſam cùm fame magis, quàm ferro abſumerentur Romani Ciues, auctoritate Benedicti I. Papę motus Tiberius Orientis Imperator Iuſtini collega ingentem frumenti copiam ex AegyptoRomam miſit; hinc ex ſumma inopia magna copia fuit. *Sigonius de Regno Italiæ lib.1.pag.16.*

580. Ex Diui Martini Turonēſis Epiſcopi tumulo guttatim promanans liquor mero admixtus ex parua ingens ſtatim copia vini fuit; Inde

auctus

honeſtabant ſcelus ; *I*n tanta Cleri libidine non erubuit Arobertus Rex , Meroflenda vxore repudiata, Marcouephæ vxoris ſorori matrimonio ſe iungere, tùm Concilio PP. Turoni habito Germanus Pariſienſis Epiſcopus Arobertum Regem ob incæſtuoſas nuptias diris execrationibus , ac excommunicationis ſententia plectere non eſt veritus. Verùm iuſto Dei iudicio Marcouepha à Deo percuſſa. paulò poſt interijt, anno ſequenti Rex ipſe ſublatus. *Greg. Turonen. in Hiſtor. Franc. lib. 4. cap. 26.*

572. Corepiſcopos , quos Diui Petri exemplo Linum , & Cletum in Paſtoralis ſollicitudinis leuamen admittentis , antiquitas induxerat ; hoc anno *I*oannes Papa III. abſtulit in Gallia , & Germania , cùm priùs Damaſus in toto Orbe Chriſtiano ſu-

ſtu-

ſtuliſſet, vt habetur *cap. Corepiſcopis. diſt. 68.*

574. Aduerſus ſacrarum Imaginum cultum in Samaria inſurgentem Hæreſim Edicto reprimit, excitatum ea ex cauſa tumultum ſedat, componit Iuſtinus Imperator. *Nouella 109. & Auth. collat. 8. tit. 5.*

576. Romam à Longobardis obſeſſam cùm fame magis, quàm ferro abſumerentur Romani Ciues, auctoritate Benedicti I. Papę motus Tiberius Orientis Imperator Iuſtini collega ingentem frumenti copiam ex Aegypto Romam miſit; hinc ex ſumma inopia magna copia fuit. *Sigonius de Regno Italiæ lib. 1. pag. 16.*

580. Ex Diui Martini Turonēſis Epiſcopi tumulo guttatim promanans liquor mero admixtus ex parua ingens ſtatim copia vini fuit; Inde

auctus

auctus Diuo Martino honos, & mos inductus, vt inter vini hauſtum, ac pocula Martini nomen vulgò inuocaretur. *Card. Baron. Greg. Turon. Hiſt. Franc. lib. 5. cap. 21.* notant.

583. Diſputatione coram Tiberio Imperatore inſtituta inter Gregorium S.R.E. Card. Legatum Sedis Apoſtolicæ, & Eutychium Patriarcham Conſtantinopolitanum de vera, ac tractabili corporum reſurrectione, euicit Gregorius, non ſpecie tenus, vt aſſerebat Eutychius, ſed verè, & realiter futuram eſſe eam corporum reſurrectionem, adeò vt Eutychius breui moriturus carnem manu contrectans, dixerit. *Credo, fateor Reſurrectionis arcanum, omneſque cum hac carne reſurgemus.* Legitur *in Vita S. Gregorij Papæ Primi, Sigonius de Reg. Ital. lib. 1. pag. 15.*

In

584. In Italiam Gregorius ſacris muneribus, videlicet, S. Andreę Apoſtoli brachio, & S. Lucæ Euangeliſtæ capite onuſtus à Mauritio Imperatore, qui Tiberio ſucceſſerat, dimittitur; tùm Gregorius nequicquam moratus priſtinum monaſticæ vitæ cultum, cui antè Cardinalatus, & Legati munus ſe addixerat, proſequutus legitur, donec Pelagio demortuo, ſummo omnium conſenſu, & acclamatione Pontifex electus eſt. *Sigonius de Reg. Ital. lib.* 1. *fol.* 24.

585. Roma à Longobardis obſeſſa, nulla ope humana adiuta in vltimum adducta diſcrimen, credita eſt, Beatorum Petri, & Pauli Vrbis Tutelarium ope incolumis euaſiſſe. *S. Gregor. Papa lib.* 6. *Epiſt.* 23. Hinc bene *Venantius Fortunatus carminum lib.* 3.

Aſa-

Digitized by Google

A facie hoſtili duo propugnacula præſunt ,
Quos Fidei turres Vrbs caput orbis habet.

Leouigildus Rex , qui filium Hermenegildum in Catholicæ fidei odiũ necari præceperat,è viuis exceſſit,ſed abiurata priùs Ariana hæreſi , Reccaredo filiorum alteri fidem Catholicam vna cùm regno commendauit. *Mariana Hiſt. Trip. lib. 5. cap. 83.*

587. Ioannes Patriarcha Conſtantinop. Oecumenicum,ac Vniuerſalem Epiſcopum ſe inſcribere non eſt veritus,verbiſque facta iungens ex Epiſcopis alios condemnatos , alios abſolutos dimiſit. At Pelagius Papa ſæpè litteris , ſæpè per Honoratum tunc S.R.E. Legatum edixit neque Conſtantinopolitano , neque vlli alij Epiſcopo amplos eos , ac magnificos Titulos conuenire , ſed ſoli Summo Pon-

Digitized by Google

Pontifici ex antiquis Conciliorum Decretis. *Sigonius lib. 1. de Regno Ital. fol. 37.*

589. Prætextatus Rothomagenſis Epiſcopus, dùm ſacra obit, immiſſo à Fredegunde Galliarum Regina ſicario contrucidatur, quòd increpita à Prætextato fuerat ob infandum ſcelus, quo, necato Chilperico Rege legitimo coniuge, in ſuum Thorum Landericum, domus Regię Prępectum adſciuerat. *Greg. Turon. lib. 8. cap. 31.*

Eodem anno magnis imbribus auctus Tyberis ſupra muros ſe extulit, omnibuſque circum circa campis ſtagnatis tanta alluuio fuit, vt, dato tandem turgentibus aquis loco, manſerint ſerpentum, animantiumquè cadauera, ad quorum putredinem, ac paluſtrem amnis humorem aeris contagium, peſtiſque atrox ſubſecuta

eſt,

eſt, nam ſex fermè menſes durans omnem humanam opem vis morbi reddiderat irritam,& quòd Diuinam manifeſtè, certòque indicabat iram, erat, quòd cælitùs emiſſis iaculis eorum percutiebantur domus, quorum corpora craſtina die contagione interimenda erant, & adæquabant iacula morientium numerum;primum omnium Pelagium Papam peſtis percu-lit, occiditque. *Platina in Pelagio II. Sigon. de Reg. Ital. lib.* 1. *fol.* 25.

Pelagio peſte ſublato, omnium oculi in Gregorium fuere,vt Summus Pontifex renuntiaretur; at illum renuentem, & latibulo abditum,igneæ columnæ inditio repertum Romani Ciues Summum Pontificem dicunt. Scribit *Ioannes Diaconus.*

Ergo Gregorio Papa electo, & nec dum ceſſante vi morbi verſæ ad Deũ,

Bea-

Digitized by Google

Beatamquè Virginem preces ſunt, & ſupplicatione ad Baſilicam Diuę Mariæ Maioris indicta, partitoque in varias claſſes Romano Populo, ad Diui Petri Vaticanã Aedem Beatę Virginis Imaginem Diui Lucæ Euangeliſtæ manu depictam pro vexillo ſequentes iter intendunt, cumquè tranſacto Tyberi amne ad Hadriani molem conſtitiſſent, in ſummo arcis faſtigio iuuenis Angelica ſpecie diſtrictum, fulgentemque gladium in vaginam recondere viſus; indicium fuit placati Numinis, ſtatimque è Vaticana Aede regreſſi ſenſere Romani ciues aeris temperiem, Cælo redditam clementiam, corporibuſque ægris ſalutem; Hinc Hadriani moles S. Angeli Arx eſt dicta. Hunc Angelum fuiſſe S. Michaelem eius Arcis, & Romæ Patronum, *Victorel. in Addit. ad Vi-*

Vitam Gelaſij I. & Laurentius Gambara eleganti carmine, ſcribunt. *Rituale Rom. Ciacconus in Greg. I.*

590. Perdurante adhuc Romæ morbi peſtilentis vi auditus in aere Angelus ad Beatam Virginem his verbis loquens. *Regina Cæli lætare, alleluia, quia quem meruiſti portare, alleluia, reſurrexit, ſicut dixit, alleluia;* Quam vbi Gregorius auribus orationem excepit, ſtatim Diuino incitatus ſpiritu in hunc modum expleuit; *Ora pro nobis Deum, alleluia;* Exindè Antiphona hæc ſolemnis Eccleſiæ Paſchalis argumenro lætitię fuit. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 1. Rituales Rom.* Ad ceteros caſus, quibus homines ea morbi vi fædè paſſim abſumebantur, hoc etiam mali acceſſerat, quòd multi cum ſternutarent, alij cum oſcitarent, repentè ſpiritum emittebant: exinde inducta

Digitized by Google

ducta conſuetudo eſt, vt ſternutantibus ſalutem precando, oſcitantibus ſignum Crucis ori admouendo, præſidium quærerent. *Ciaconus in Gregorio I. Sigonius de Reg. Ital. lib.* 1. ſcribunt.

PP. Gallicanę Eccleſiæ Antiſiodorenſis decreuere, vt non niſi in Eccleſijs, & Templis celebrarentur vigiliç, quas fideles ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio in priuatis domibus, & plerumque inter ſentes, opacaſque ſyluas habebant; perſiſtebant enim inſomnes, ac peruigiles in ſacris hymnis, & canticis; mos hic deinde in corruptelam verſus, vt corrigeretur, exegit. Vide *Concil. Sabin. cap.* 2.

591. Coſrohes Perſarum Rex ciuium ſeditione è patrio Regno profugus Mauritij Imperatoris ope implorata, magnifica vouens Deo munera,

nera, ſi Victor Regnum repeteret, factus voti compos aurẽam Crucem gemmis diſtinctam, aliaque largitatem Regiam decentia Gregorio Antiocheno Patriarchę dono mittit.

Theodolinda Agiſulphum Longobardorum Regem virum ſuum Catholicę Eccleſię obſequentem reddidit, ideò haud inferior Crotilde, ac Iugunde fuit, nam Crotildes Clodoueum Regem ab Idolorum cultu ad Fidem Chriſti conuertit, Iugundes verò Hermenegildum Seuigildi Gothorum Regis filium virum ſuum ab Arij caligine ad lucem Catholicæ veritatis reuocauit. *Paulus Diaconus in Hiſt. de Geſtis Longobard. Sigonius de Reg. Ital. lib.* 1. ſcribunt.

592. **Lex à Mauritio Imperatore lata, vt milites non niſi expleta militia, exactiſque ſtipendijs inter**

Clericos, aut Monachos adſcribi poſſent, per Gregorium Papam datis ad illum litteris temperata eſt, ac declaratum, legem ad eos tantùm pertinere, quos bellicus labor, non ſanctiori vitæ amor à militia auerterat.

Tunica Diui Ioannis Euangeliſtæ Epheſo Romam defertur, & eam in Sacra vtrique Ioanni dicata Aede Lateranenſi ſolemni ritu Pontifex condi iuſſit. *S. Greg. Papa lib. 2. Ep. 3.*

593. Chrotieldes, & Baſina fœminæ regio ſanguine ortæ mortua Radagunda Regina, cui moniales factæ obediebant, Leoboueræ, quę Regimini monaſterij ſucceſſerat, obtemperare detrectant, & quia intra ſepta monaſterij haud inueniebant clientelas, & partes, foras egreſſæ armant facinoroſorum virorum globum, in monaſterium irrumpunt, obſiſtentes,

Digitized by Google

inter quos Epiſcopũ, vibrato ferro fugant, monaſterium diripiunt, & Leoboueram vinculis alligatam abducũt; Verum conuocato Concilio Rex, & PP. pari conatu ex coniuratorum manu Leobouera m eripiunt, eidem monaſterio pręficiunt: Baſina crimen agnouit, ac monaſterio reſtituta pœnitentiam egit, Crotieldes verò in perfidia permanſit. *Gregor. Turonen. lib.* 10.*cap.*20.

Inconſutilis tunica, qua Deipara Virgo Chriſti infantiam texerat, Hieroſolymam ex Zaphat propinquo pago, vbi iniurioſè latebat, decentiori loco colenda defertur. *Baron.ad Ann.* 593. eam in Galatia ſeruari, refert *Greg.Turon.de Gloria Martyrum.*

594. Conſtantinæ Mauritij Imperatoris coniugi petenti caput, partemque corporis SanctiPauli Conſtã-

tino-

tinopolim mitti, reſpondit Gregorius Paulum cælitem factum, vbi ſuum depoſitum erat corpus, conquieſcere velle; ſæpè aliò tranſuehere nitentes demiſſis è Cælo fulminibus detentos; tum vt piæ Imperatricis leniret deſiderium, ex ferrea catena, qua Paulus vinctus fuerat, ramēta abraſit, & nuncijs Auguſtæ tradidit: At illa Conſtantinopolim delata præfulſere miraculis, ęgris corporibus ſalutem afferendo. *S. Gregor. lib.* 1. *Epiſt.* 30. *lib.* 6. *Epiſt.* 23. 25.

595. Chidelberto Regi Francorum Diui Petri claues per Candidum S.R.E. Pręsbyterum Card. dono mittit Greg. ſed erant ramentis, quas ex Apoſtoli catenis excuſſerat, oppletæ.

Hoc anno ad affectati Principatus ſuſpicionem, & inuidiam, apud homines deuitandam cęptum eſt à Gre-

gorio Papa primum, tum à ſequioribus Summis Pontificibus titulo illo vti, *Seruus ſeruorum Dei*, tum etiam, vt arrogantia Ioannis Conſtantinopolit. Epiſcopi frangeretur, qui ſeipſum Oecumenicum, ideſt, vniuerſalem Patriarcham appellari contendebat. *Sigonius de Reg. Ital. lib.* 1. *pag.* 37. Fauit Ioanni Mauritius Imperator, ſed reſipuit, poſtquam audiuit quendam Monachi habitu indutum ſtricto gladio aduerſus ſe inclamantem; *Imperatorem breui gladio moriturum*; hoc idem eius ſomnium, quo ſe vxorem, ac liberos cædi viderat, confirmauit. *Card. Baron. ad An.* 593.

At verò Phocas, qui Mauritio in Imperio ſucceſſit, edicto ſanxit, nè vlli alij, præterquam Romano Pontifici Titulus Oecumenici deferretur, ea propter Cyprienſes PP. anno 643.

Theo-

Digitized by Google

Theodorum; Conſtantinus Pagonatus anno 678. Donum Titulo Oecumenici ſalutarunt.

596. Dubio orto, An quę in Templo ab Arianis Reliquię illatæ fuerāt, verè Sanctorum eſſent, Cæſarauguſtano II. habito Concil. igni probandas eſſe, ſancitum eſt, & illas retinendas decretum, quæ inter flammarum ęſtus incombuſtę manſiſſent. *Card. Baron. ad hunc Ann.*

598. Sacer liquor ex ſalubri Crucis ligno, quod Hieroſolymis aſſeruabatur, iugiter promanans Lucij exconſulis dono Romam defertur.

Cœnobia Monachorum Epiſcopis olim ſubiecta, Gregorius Papa primò ab eorum *I*uriſdictione exemit. Vide *cap. Quam neceſſarium.* 18. *qu.*2. *Greg. I. lib.*1. *Epiſt.*12.

Hoc Anno Aduocatorum Conſi-

gorio Papa primum, tum à ſequioribus Summis Pontificibus titulo illo vti, *Seruus ſeruorum Dei*, tum etiam, vt arrogantia Ioannis Conſtantinopolit. Epiſcopi frangeretur, qui ſeipſum Oecumenicum, ideſt, vniuerſalem Patriarcham appellari contendebat. *Sigonius de Reg. Ital. lib.* 1. *pag.* 37. Fauit Ioanni Mauritius Imperator, ſed reſipuit, poſtquam audiuit quendam Monachi habitu indutum ſtricto gladio aduerſus ſe inclamantem; *Imperatorem breui gladio moriturum*; hoc idem eius ſomnium, quo ſe vxorem, ac liberos cædi viderat, confirmauit. *Card. Baron. ad An.* 593.

At verò Phocas, qui Mauritio in Imperio ſucceſſit, edicto ſanxit, nè vlli alij, præterquam Romano Pontifici Titulus Oecumenici deferretur, ea propter Cyprienſes PP. anno 643.

Theo-

Digitized by Google

Theodorum; Conſtantinus Pagonatus anno 678. Donum Titulo Oecumenici ſalutarunt.

596. Dubio orto, An quę in Templo ab Arianis Reliquię illatæ fuerãt, verè Sanctorum eſſent, Cæſaraugustano II. habito Concil. igni probandas eſſe, ſancitum eſt, & illas retinendas decretum, quæ inter flammarum ęſtus incombuſtę manſiſſent. *Card. Baron. ad hunc Ann.*

598. Sacer liquor ex ſalubri Crucis ligno, quod Hieroſolymis aſſeruabatur, iugiter promanans Lucij ex-conſulis dono Romam defertur.

Cœnobia Monachorum Epiſcopis olim ſubiecta, Gregorius Papa primò ab eorum Iuriſdictione exemit. Vide *cap. Quam neceſſarium.* 18. *qu.* 2. *Greg. I. lib.* 1. *Epiſt.* 12.

Hoc Anno Aduocatorum Conſi-

ſtorialium, ſeù Defenſorum munus Romæ ſumpſiſſe initium. *Greg. Papa, lib. 7. Epiſt.* 17. teſtatum reliquit.

599. Gregorius Papa, vt regiam largitatem, qua Recaredus aurea, argenteaque vaſa ad Baſilicam Apoſtolorum miſerat, rependeret; clauem, quæ Diui Petri poteſtatem referret, ramentis ex Diui Petri, ac Pauli catena excuſſis oppletam, in Hiſpanias Recaredo Regi miſit. *Baron. ad hunc Annum.*

600. Epiſcopi olim à Clero, & Populo eligebantur, ſed Pontifex eos firmabat, conſecrabat; Ita eſſe obſeruatum in Archiepiſcopo Mediolanēſi refert *Sigon. de Reg. Ital. lib.* 1. *pag.* 33. Verùm hoc eodem tempore factam eſſe poteſtatem Mediolanenſibus Epiſcopis, vt, Concilio ſuffraganeorum Epiſcoporum habito, Regem eligerent,

rent, ſi fortè regium Longobardorum defeciſſet genus, à Gregorio Magno, referunt. *Baron. ad hunc Ann. Sigon. de Reg. Ital. lib.* 1. *fol.* 42.

602. Mauritius Imperator cum ſuos milites captiuos tenui, viliquè pretio, ſingulos, ſcilicet, milites ſingulis nummis redimendi à Victore hoſte, qui Auarum Rex in Illyrico erat, conditionem renuiſſet, atque adeò illos interimendi occaſionem hoſti dediſſet, aliorum militum in ſe furore concitato, mortalium ferociſſimus Phoca Centurio à militibus Imperator eligitur, qui ſtatim Conſtàntinopolim peruolans, alacer Vrbis mænia ingreditur. At Mauritius nauim conſcendens cum vxore, & quatuor filijs natu minimis fuga ſalutem quærens, ventorum vi in eam ipſam Vrbem delatus, Phocæque oblatus, im-

mane

mane facinus, Tragicumque expertus eſt, nam filij, Phocæ iuſſu in conſpectu Patris interimuntur, tum Pater ipſe interficitur: Incredibili tamen patientię exemplo ſuorum necem toleraſſe Mauritius ſcribitur, vnaquè eius vox audita refertur. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Dediſſe paulo ante mortem Mauritium litteras ad Epiſcopos, alioſque ſanctitate Vitæ celebres viros: *Exorarent Deum, vt in præſenti potiùs, quàm in æterna, quæ expectatur, vita, ſua Deus peccata rependeret. In Græcorum Annalibus Cedrenus* ſcribit.

603. Theodolinda Agiſulphi Regis Longobardorum coniux cum maſculam genuiſſet prolem, miſit Gregorius Papa Philacteria (Bullas appellabat antiquitas) quæ infans geſtaret: Erat autem Bulla Crucis lignum the-

Digitized by Google

ca perſica incluſum. Addidit & anulos aureos tres cum hyacinthis, alijſquè pretioſis lapidibus. Vide *Epiſt.* 12. *lib.* 7. *Greg. Papæ.*

Verùm antiquitus Bullæ geſtamen triumphantium inſigne primò fuit apud Romanos; nam intra eam claudebantur remedia, quę aduerſus inuidiam credebantur valentiſſima; traductus deindè mos ad ingenuos pueros, ac infantes, ſeù vt æmularentur triumphantium decora, ſeù aduerſus faſcinationes, quibus ea ætas exponitur, munimenta.

604. Gregorio demortuo Sabinianus eligitur Summus Pontifex, qui eò inuidiæ aduerſus Gregorium, eiuſque geſta proceſſit, vt facilè ſcripta eius combuſſiſſet, ni Paulus Diaconus ſeriò teſtatus eſſet, *ſe ad Gregorij ſcribentis au. es aſſidentem columbam ſæpius*

vi-

Digitized by Google

vidiſſe; tum in viſu monitus à Gregorio Sabinianus de nimia in diſtribuẽdo Eccleſiæ frumento Pauperibus tenacitate, nec correctus, leui in capite ictu percuſſus occubuit. *Sigon. de Reg. Ital. lib.2. fol.48.*

605. Seuero Patriarcha extincto orta ſeditio de ſucceſſore deligendo inter Italiæ Exarchum, & Argiſulphum Longobardorum Regem effecit, vt Rex per Clerum Aquileienſem, Ioannem, Exarchus verò per Clerum Gradenſem Candidianum eligerent; re Romam delata, Summus Pontifex Ioanne reiecto, Candidianum probauit, pallioque exornauit. *Sigon. de Reg. Ital. lib.2 fol.48* refert. Decreſcentibus deinde Gradenſium opibus Patriarchatus Titulo pro Gradenſi Venetus Antiſtes decoratus fuit. *Andræas Dandalus in Chronico.*

606. Bo-

Digitized by Google

606. Bonifacius III. Sabiniani ſucceſſor ſub Phoca Imperatore, vt Romana Eccleſia prima omnium Eccleſiarum eſſet, perindè, ac in veteribus Concilijs ſanctum erat, euicit; cũ eo tempore Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium Eccleſiarum iactaret: ſtatuit, vt nullus, viuente Pontifice, aut Epiſcopo ciuitatis ſuæ, præſumeret loqui de ſucceſſore, aut partes ſibi faceret, niſi tertio die depoſitionis eius. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. ad hunc An. Sigon. de Reg. Ital. lib. 2. fol. 49.* ſcribunt.

607. **Bonifacius IV. miro exemplo non publicas Eccleſię opes in priuatam domum, ſed priuatam domũ in Eccleſiã transferens, Monaſterium proprijs in ædibus ædificauit. Pantheon inſigne Templum olim à Marco Agrippa conſtructm, in honorem**

B. Vir-

Digitized by Google

B. Virginis primus dicauit. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Boniſac. IV. Sigon. de Reg. Ital. lib. 2. fol.* 50. ex fide referunt.

609. Heraclius à militibus Imperator Orientis conſalutatus Claſſe, naualibuſque copijs inſtructus Conſtantinopolim petit; Phocę tirannicè dominantis fugat exercitum; tum Phocam ipſum à priuato viro, cuius vxorem violauerat, ſibi traditum necans, læti funeris materiam Conſtantinopolitano Populo dedit. *Theophanes in Miſcellaneis*, & *Cedrenus* ſcribunt.

614. Capta hoc anno Hieroſolyma à Coſroha Perſarum Rege, Sacroſanctum Crucis lignum in Perſidem aſportatur. Ioannes Alexandrinus Patriarcha ad captiuos redimendos, ad pauperes, ac profugas ex Hieroſo-

roſolyma nuper capta alendos octo millia librarum auri diſtribuit, nec ex ea profuſa largitate exhauſtũ ærarium Alexandrinæ Eccleſiæ fuit, nam ſtatim duo alia millia ex pia fidelium largitate ęrario Eccleſiaſtico obuenere; *Leontius, & Card. Baron. ad hunc An.*

Chriſtianus adoleſcens natione Cyprius à Perſis captus, & in vincula coniectus, exacto tandem quadriennio elapſus, parentibus narrat, ſe cùm ijſdem ſemper vinculis teneretur, ſingulis tamen diebus feſtis Epiphanię, Reſurrectionis Dominicæ, & Pentecoſtes exemptum ijs fuiſſe à quopiam ſibi quidem ignoto, ſed facem præferente, patuitque id referendum acceptum Sacroſancto Miſſæ ſacrificio, quod ijs diebus parentes offerre curabant pro filio, quem mortuum rebantur. *Rinald. An. Eccl.*

Cum

615. Cum Scabiei, ſeu Lepre genus graſſaretur Elephantiæ nomine appellatum, quod affectorum ora ita lacerabat, vt viuentes, ne dum mortui, haud diſcerni poſſent, Pontificia Sanctitas inſignem ſe hominibus declarauit, nam Elephantiacum hominem Summus Pontifex ſibi obuium, à quo eum comitantes facies auerterãt oblatum, oſculo, extẽplò priſtinę reddidit ſanitati; Deus dedit is fuit. *Sigon. de Reg.Ital. lib.2.fol.52.*

618. Creſcẽte Clericorum multitudine non ſufficiebant ſtips, alimentaque, quibus Clericalis rependebatur labor, ideò Clericorum certo aſsignato numero lex lata eſt, vt nullus ad Clericatum admitteretur, ni alius obitu, vel alia ratione loco cederet; probauere hanc legem Imperatores, vt patet *in l.in Eccleſijs C.de Epiſ. & Cler.*

& Cler. Quin & Gregor. Papa VII. eandem legem firmauit *Decret.* 3. *Tit* 1. *cap.* 11. *& Concil. Arelatenſe c.* 1. *de inſtitutionibus*.

621. Mahumeticæ legis initia mira primùm in Arabia recenſentur: Eius auctor Mahumetes Saracenorum Princeps, qui reuertentem ex Perſide Heraclium in itinere multis honoribus coluit, & quędam ab ipſo impetrauit. *Egnatius Rom. Princip. lib.* 2.

In expeditione, quam Heraclius Imperator molitur ad Chriſti Domini Crucem ex Perſide recuperandam, Antiſtites, & Epiſcopi à Templis aurea, argenteaquè vaſa promunt: vna vox omnium erat, conflaret, venderet ad alendum ex pecunia militem, qui pro Eccleſiæ decore, ac Imperij incolumitate certaret. Omen victorię vox iſta Heraclio cum fuiſſet, ſe-

Digitized by Google

mel, bis, ter hoſtem vicit, & Crucem tandem ex Perſide vnà cum Zaccharia Epiſcopo, alijſque Chriſtianis captiuis Conſtantinopolim abduxit. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 2. fol. 57.*

629. Conſtantinopoli profectus Hieroſolymam Heraclius, Crucem, nec non Patriarcham Sedi, honorique ſuo reſtituit; verùm cum equo inſidens ad Vrbem acceſſiſset, Porta ſpontè ſua occluſa legitur; cuius rei admiratione attonitus vocem è Cœlo audiuit; Regem Regum non ita Hieroſolymam eſſe inuectum, qua audita, extemplò ſe ex equo deiecit, ac nudis pedibus, porta vltrò ſe reſerante, intrauit. Verùm multis morbis ad Crucis recuperationem ſanatis, Eccleſia diem feſtum in eius honorem inſtituit, quem Crucis exaltationem vocauit. Legitur *in Ritualibus, & apud*

Si-

Digitized by Google

Sigon. loc. cit. Vide *c. Crucis Domini de Conſecr. diſt.* 3. *Euſebium Papam epiſt.* 3.

Sedente Honorio, Monothelitarum, vnam in Chriſto Naturam, vnã Voluntatem, vnam operationem ponentium, exurgit hæreſis, auctoribus Athanaſio Antiocheno, Cyro Alexandrino, Sergio Conſtantinopolitano Patriarchis.

630. Contigit hoc anno inſolens Polychronij Presbyteri, & Monachi Monothelitæ factum; ſpoponderat is cartula ſuæ fidei, (ſeù mauis perfidiæ) mortuum ſuſcitare. Conſenſere PP. Concil. VI. Oecum. & Conſtantinus Imperator, qui aderat; vt experimentum fieret coram populo, oblatum eſt corpus mortuum in atrio publici lauacri, quod dicebatur Xeuxippus; applicata eſt ei cartula ſuæ fidei à Polychronio, qui cum per plures horas

 per-

Digitized by Google

perſeuerans, & inſuſurrans mortuo, nil eorum, quæ ab eo ſtolidè, & blaſphemè fuerant promiſſa, implere potuiſſet, magno cum dedecore eiectus, & ab omni ordine Sacerdotali depoſitus Polychronius eſt, exclamante populo. Nouo Simoni, anathema, Polychronio ſeductori populi, anathema. *Caranza in Epit. Concil. VI. Synod. act.* 15.

631. Sergius Patriarcha Conſtãtinopolitanus in Monothelitarum hęreſim trahit Heraclium, qui ſtatim, ac Monothelita extitit, victus, fugatuſque cũ exercitu fuit à Saracenis, quorum dominatio Mahumeti morte, haud concidit, ſed mole maiori ſurrexerat ſub Eubuzar eorum Duce, ac Rege. *Theophanes in Miſcellaneis, & Cedrenus* ſcribunt.

633. Sergius Patriarcha, vt ſuam

Digitized by Google

in ſententiam Romanum etiam Pontificem traheret, litteris ad Honorium datis, ſciſſuras Orientis deplorans, eũ rogat, vt ea, qua pollebat, auctoritate, de nouo inductas in auita Religione, voces de vna, aut duplici voluntate in Chriſto inhiberet, obteſtans hoc vno amuleto poſſe ſciſſuras, ac diſſidia in Oriente nata componi. At Honorius in Epiſt. Reſponſiua ad Sergium, licèt (ſummoperè laudato eius zelo) nihil de vna, aut duplici voluntate in Chriſto adſtruenda diſſeruiſſet, Sergius tamen vafri vir ingenij, haud longè poſt acceptas litteras in deterius vertens, quæ Honorius catholicè ſcripſerat, non eſt veritus propriam hæreſim Summi Pontificis auctoritate firmare. Hinc, quòd cum Monothelitis aliquandò ſenſerit, importata Honorio calumnia ab Hæreticis, & aliquot Ca-

Digitized by Google

tholicis, quos parum cautè in re tanta ſe geſſiſſe, communis aliorum Catholicorum omnium ſententia eſt.

Verùm pro Honorio ſtant Sanctus Maximus Monachus Conſtantinopolitanus Honorij Scriba doctiſsimus, & Martyr illuſtris, cuius hac de re diſputationem habes *tom. 2. Concil. Binij poſt vitam Theodori Papę, tom. 8. Annalium Card. Baron. in Calce. In Libello à Iacobo Syrmundo edito. Ioannes Cardin. de Turre cremata lib. de Primatu S.R.E. Card. Bellarm. in ſuis Controuer. lib. 4. c. 11. de Rom. Pontif. Cardin. Baron. ad Ann. 633. 681. Emanuel Calles Græcus,* qui vixit Anno 1274. *Petrus Arcudius Corcyrenſis* in PP. libris, & in Concilijs verſatiſſimus. *Ioannes Matthæus Carioplylus Archiepiſcopus Iconien. Albertus Pighius in lib. de Eccleſ. Poteſtate, Binius ad Vitam Honorij tom. 2. Con-*

cilio-

ciliorum. Gretſerus in examine myſterij iniquitatis. Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchia. Sennius c. 42. Florimundus Remundus lib. de ortu, incremento, & ruinis Hereſeon. Alphonſus Ciaconus in Honorio. Victorellus in Addit. ad vitam Ioannis I. Papæ; nouiſsimè *Hiacynthus Libellus Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter in eruditiſsimo opuſc. de Concil. Auguſtinus Macedo in ſuis Scholis Theologicis ſchola 7. ſect. 2. Ioannes Horat. Scoglius in ſua hiſt.* & alijplures.

634. Subacta eſt hoc anno Aegypti Prouincia à Saracenis, cum anno ante Monothelitarum admiſiſſet hæreſim, & à Græcorũ Imperio dirempta, ſicuti ipſum Græcorum Imperiũ ab Eccleſia, & Fide Catholica ob eandem hæreſim ſe ipſum dirimerat, ac diſtraxerat. *Theophanes in Miſcellaneis* ſcribit.

636. Haumar Saracenorum Rex Hieroſolymam occupat, ſed ruinam Templi Salomonis in ipſa victoriæ exultatione deplorans in priſtinam magnificentiam redigi mandat, ſed Mahumeti ritibus dicat. *Theophanes, & Cedrenus* ſcribunt.

639. Sergius Conſtantinop. Patriarcha Fidei normam componit, quam Ectheſin, ideſt, expoſitionem vocat, obtinetquè, vt Imperatorio edicto roboretur, tùm per Iſacium Italiæ exarchum tentatum, vt eam fidei normam Romanus Pontifex Seuerinus, qui Honorio ſucceſſerat, reciperet. Sed cum incaſſum Iſacij conatum Seuerinus Papa in Fide Catholica conſtantiſsimus reddidiſſet, ille percitus ira Cardinales vexat, exilio propellit, opes Eccleſiaſticas in Patriarchio Lateranenſi ab Ho-

Digitized by Google

norio reconditas diripit. Verùm Iſacius Rauennam, vnde aduenerat, regreſſus, tanti facinoris ſtatim pœnas dedit; nam ſubito fulminis ictu percuſſus occubuit. *Rubeus in Rauen. hiſt. Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Theodoro I. Papa.*

640. Ioannes IV. Seuerino ſuffectus Heraclium de hæreticę opinionis peruerſitate acriter obiurgat, tum Synodo Romæ habita Ecthesin damnat; quod exemplum ſecutæ Africanæ Eccleſiæ idem præſtant: Tunc Heraclius Imperator Ecthesin ſuo nomine publicatam, non à ſe, ſed à Sergio conflatam alijs datis litteris vulgauit; at non propterea iram Dei euaſit; nam nouo, eoquè fædo morbi genere interijt. *Egnatius lib. 2. Rom. Princip.* refert.

644. Pyrrhus Conſtantinopolit.

Pa-

Patriarcha Monothelita . qui Sergio ſucceſſerat, crimine læſæ maieſtatis reus, Vrbe pulſus Romam venit, ac Baſilicam Sancti Petri ingreſſus tabulas manu ſua ſubſcriptas Apoſtolicæ Sedi, præſente Clero, Populoquè vniuerſo, obtulit, quibus omnia condemnabat, quæ vel à ſe, vel à deceſſoribus ſuis ſcripta, aut acta aduerſus Catholicam Fidem fuiſſent; Sed in Græciam reuerſus cum in priorem impietatem de integro incidiſſet, æde in eadem à Summo Pontifice diro Anathemate percutitur; Sede, & gradu mouetur . *Sigonius de Reg. Ital. lib.* 2. *fol.*62.

646. Africani PP. vt cautius *Paulum*, qui abſente *Pyrrho*, Conſtantinopolitanam regebat Eccleſiam, è Monothelitarum hæreſi reuocarent, Theodorum Summum *Pontificem*

con-

conſulunt, eumquè *P*atrem *P*atrum, ſumminumquè *P*ræſulum omniũ *P*ontificem appellant. Habetur *exemplar Synodali in Concil. Lateranen. ſub Martino Papa.*

647. Dum Dagobertus Francorum Rex regia in Eccleſiam liberalitate micans extinguitur, eadem hora Heremitę cuidam in Lipara Inſula oſtenſum eſt, Dagoberti animam à Dęmonum vi ereptam ad ſuperos duci, SS. Dionyſij, Mauritij, Martini, aliorumque cęlitum, quibus Templa viuens extruxerat, virtute, ac precibus *Aimonius in Annalibus Francorum* ſcribit.

648. *P*aulus, qui pro *P*yrrho Conſtantinopolitano regebat Eccleſiam, in errore Monothelitarum perſiſtens, rogat Conſtantem II. Imperatorem, vt ſilentium de excitata contro-

tro-

trouerſia indiceret,& vt Typum,quo fidei norma præſcribebatur, ad turbas compeſcendas euulgaret ; quod cum preſtitum à Conſtante eſſet ; Romanus *Pontifex* Concilio *PP*. aduocato, Cyrum, Sergium, *Paulum* à fidelium communione ſeiungit. *Sigon.de Reg. Ital.lib.2.fol.65.* ferunt, Martinum ſententiam damnationis Monothelitarum, ſanguine è calice in atramentum diſtillato, nouo exemplo ſubſcripſiſſe, *Theophanes*, & alij Scriptores tradunt.

649. Olympius Exarcha ob dãnatum à Martino Typum, necem eidem per Tribunum militum, qui Spatarius dicebatur, intentat ; Verùm Spatarius, dum facinus aggreditur, *Pontificem* ſacra operantem ipſa natalitia nocte in Templo S. Marię ad *Pręſepe*, ſubita perfuſus oculorum

cali-

caligine, ac luminibus captus, immobilis hæret. *Baron. ad hunc Annum Bellarm. lib. 4. cap. 12. de Rom. Pontifice. Anaſt. S. R. E. Bibl. in Martino.*

650. Conſtans Imperator ira in Martinum Papam excandeſcens alijs in illum falſis obiectatis criminibus Conſtantinopolim vi pertrahit, tum inſignijs Pontificijs nudatum, viliquè veſte indutum, vinctum per totam vrbem in contumeliam circumductũ, in carcere per ſex menſes detentum, exilio propellit, vbi dolore, ęrumniſque confectus Martinus interijt, mox inter Martyres ab Eccleſia numeratus, clarus miraculis, magna veneratione colitur. *Anaſtaſius Biblioth. in Martino I. Epiſt. 1. Mart. ad Occidentales. Sigon. de Reg. Ital. lib. 2. fol. 66.*

655. Conſtans Imperator, vt ſuã in ſententiam Vitalianum Papam

tra-

traheret, varijs muneribus, & litteris obſequij plenis conatur allicere; inter munera recenſetur Euangelij liber auro, gemmiſque coopertus, ſed ſpe ſua fruſtratus, nec Deo, nec hominibus pepercit, ſacra omnia, & prophana diripuit, Syracuſas aſportauit, vbi dum in balneo libidini vacat, trucidatur à ſuis. *Paulus Diaconus in Hiſtor. Longobardorum* refert.

656. Maximus Conſtantinopoli Monachorum Abbas illuſtre Martyrium pro Fide Catholica aduerſus Monothelitas tulit; Verùm ad ſupplicium ductus præciſa lingua, ità pro Catholica Fide verba fecit, vt nemo diſertiùs, vel clariùs loquutus appareret. Extant viri monumenta ingenij in Vaticana Bibliotheca, in quibus legitur fuſa defenſio pro Honorio Papa contra Sergium. Extant etiam

in

Digitized by Google

in calce tom.8.Card. Baronij.

668. Conſtantinus Pogonates, qui Conſtanti II. Patri ſucceſſerat, ſiue paterno exemplo vitę, mortiſq; deterritus, ſiuè quia ope Vitaliani Papę contra Mezzetium Occidẽtale retinuiſſet Imperiũ, fautor Eccleſiæ Romanę fuit acerrimus; nam in primis Clero, populoque Romano eligendi Summum Pontificem libertatem reliquit, mox de componendo diſſidio inter Romanam, & Conſtantinopolitanam Eccleſiam de duabus Chriſti voluntatibus orto, ſeriò cogitauit, & re ipſa Anno 668. perfecit. *Sigon. de Reg. Ital. l.2.f.74. Anaſt. S.R.E. Bibl. ad An.678.*

672. Saraceni Terra, marique Conſtantinopolim obſident; habita à Ciuibus ſupplicatione, ac B. Virginis ope implorata Saracenorum claſſis tempeſtate orta diſijcitur, Vrbs libera-

beratur. *Cedrenus*, & *Baron. ad hunc An.* ſcribunt.

675. Concilio Toletano XI. habito, decretum eſt, addenda eſſe in Symbolo ea verba: *Qui à Patre, Filioque procedit*. Verùm priùs ea addenda eſſe, Damaſus Papa Romæ ſanxerat. Vide Concil. Rom. ſub Damaſo Papa poſt C. P. Oecumenicum celebratum. Symbolum editum à Damaſo, quod habetur *tom. 2. operum Diui Hieronymi*.

In Concilio Bracharenſi III. dum alij lacte, alij mero, nulla admixta aqua, alij ipſis vuarum botris ſacrificia obibant, ad antiquum, & primęuũ Eccleſiæ morem, quo vinum modica aqua delibutum Alexander *I.* ex inſtitutione Apoſtolica ſanxerat, ſacrificij ritum reuocauerunt *PP*. Vide *cap. Non oportet. de Conſecr. diſt.* 11.

678. Li-

678. Lineum velum, quo Chriſti in tumulo iacentis caput tegebatur, Hieroſolymis inuenitur, & igne à Maiuuia Saracenorum Principe probatur, nam in ignem iniectum inanſit integrum, & illæſum. Romæ hoc velum aſſeruatur, ſicut & aliud quoque velum, ſeu ſudariolum, quo Veronica pia mulier ſudorem è Chriſti facie, dum ad Caluarium Cruce immolandus duceretur, abſterſerat, & manſerat in ea vultus imago; vtrumque velum valdè diuerſum eſt ab eo, quod Taurini aſſeruatur, nam hoc Chriſti totum corpus obuoluebatur. *Baron. ad Ann. 34. Beda de locis ſanctis cap. 5.*

680. Conſtantinus Pogonates litteris obſequij plenis Romanum Pontificem rogat, vt Concilium conuocet, legatum, qui præſideat, mittat,

N vt

vt tandem de Monothelitarum hæreſi decernatur : Quare coacta Synodo Conſtantinopoli in Imperialis Palatij aula, quæ ob altum Fornicem Trullus dicebatur, in medium productis, & collatis trium ſuperiorum Conciliorum Codicibus, detectus eſt Macarij Antiocheni Patriarchæ dolus, quo inflexa, detortaquè verba Conciliorum, & PP. in confirmationem hæreſis de vna in Chriſto voluntate, adduxerat; tum eadem hæreſis pleno Concilio damnata eſt, pręſidentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis Ioanne Portuenſi Epiſcopo, Georgio pręsbytero, & Ioanne Cardinale Diacono. *Platina in Agathone. Baron. ad hunc Annum. Paulus Diaconus de rebus geſtis Longobardor. lib. 6.* Hinc Sanctus Gregorius Papa: *habuiſſe ſe ſemper ſuſpectos Græcôs,* *textus*, fatetur *Epiſt. ad Narſim Comi-*

tem.

Digitized by Google

tem his verbis, Romani Codices multò veriores ſunt, quàm Græci; quia noſtri, ſicut non acumina, ita nec impoſturas habent.

Vnus Maccarius Antioch. Patriarcha, cæterorum Patrum vota detrectat, non rationibus ſuaderi, non auctoritate flecti, non minis infringi potuit; deniquè Sede motus, maluit ſolus malè ſentire, quàm cùm tot *P.P.* Concilij retento Patriarchatu benè ſentire. *Ioann. Horatius Scoglius ſua in hiſt.*

Graſſante teterrima Romæ contagione, vir illibatæ vitæ per ſpeciem nocturnam monitus eſt, vt ara Diuo Sebaſtiano Martyri dicaretur; Ara dicata, rediịt Cœli clementia, & humanis corporibus ſalus: Extat in exquilijs in Templo Diui Petri ad vin-

cula, Diui Sebaſtiani altare; eiuſque imago muſiuo opere, inde mos, vt qui in peſtilentem morbum incidunt, Sebaſtianum Martyrem in vota vocent. *Platina in Agathone; Sigonius de Reg. Ital. lib. 2. fol. 76.* Hinc conijcias, licet, quàm impiè aſſerant Sectarij, vota non eſſe facienda Sanctis.

681. Pulſis è VI. Synodo Oecumenica hereticis in terram delabi cōſpectæ ſunt innumeræ pariter, ac fuliginoſę aranearum telæ, diſiectarum, ac diſſipatarum hæreſum argumentum. *Baron. ad hunc Ann.*

683. Leo II. Agathonis Papę ſucceſſor à tribus Epiſcopis Hoſtienſi, Portuenſi, & Veliterno conſecratur, cum anteà ab vno tantum, nempè Hoſtienſi conſecrari moris fuiſſet. Menſe *Iulio* Legatos Sedis Apoſtolicę à Concilio reuerſos cum litteris Impera-

pera-

peratoris, & ipſius Concilij Actis accepit, tum acta hæc ex Græco in Latinum translata datis ad Catholicos Principes Epiſtolis per Vniuerſum Chriſtianum Orbem vulgauit: Verum in huiuſmodi Epiſtolis etiã Honorium Papam per errorem, ſeu maluis dolum, tanquam Monothelitam damnatum, notat *Card. Baron. Sigonius de Reg. Ital. lib. 2. fol. 78.*

684. Conſtantinus Pogonates de amplificanda, augendaquè Pontificia auctoritate ſollicitus, hoc deeſſe illius cumulandæ amplitudini ratus, liberam, videlicet, comitiorum in eligendo Summo Pontifice facultatem, Diuali ad Clerum, Populum, exercitumquè Romanum miſſa indulſit, vt quẽ ipſi Pontificem iuſtis comitijs, concordibus animis deſignaſſent, eum extemplo conſecrare ſine Imperato-

ris auctoritate, Ius eſſet. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 2. fol. 79. Anaſtaſius S.R.E. Card. Biblioth. in Benedicto II.* Vide *cap. Ego Ludouicus. cap. Tibi Domino. diſt. 63. Concil. Rom. ſub Symmacho c. 2.*

688. Toleti Concilium XV. habuere Hiſpani *PP.* cui Regni proceres; & Egica Rex interfuit, tum lectis Benedicti *P*apæ Secundi litteris aduerſus Monothelitas, conſentiens *PP.* vox, & animus pro Catholica veritate fuit. *Stephanus Eduenſis Epiſc. in lib. de Sacram. altaris cap. 17. Baron. ad hunc An.* ex fide ſcribunt.

691. Licèt libera ſemper tàm in principibus, quàm in priuatis viris connubia voluerit Eccleſia, vt patet *cap. Si verum. 31. q. 2. & cap. ſeq. 32. q. 2.* In Concilio tamen Cæſarauguſtano III. ne Reginę mortuis viris ad ſecundas tranſirent nuptias, pro bono pacis, & ad

& ad Regni turbamen auertendum, ſanxere Hiſpani *PP.*

Callinicus C. P. *P*atriarcha *I*uſtiniani iunioris auctoritate fretus Concilium Epiſcoporum cogit centum, & amplius; Sextę Synodi Conſtantinopolitanæ addit Canones planè abſurdos, & à maiorum inſtitutis penitus abhorrentes; ad quos firmandos, cùm vi adigere Romanum *P*ontificē Imperator ſatagiſſet, Zaccharia militum *P*ræfecto Romam miſſo, adeò ſtrenuè Itali milites Sergium tutati ſunt, adeò infenſi in Zacchariam fuere, vt niſi hic in *P*ontificis cubiculum confugiſſet, atque ſub eius lectulo delituiſſet, oppreſſus omninò fuiſſet armis: Quare Sergij *P*apæ admiranda manſuetudine factum, vt tantùm Roma abſcederet. Verùm paulò poſt, Deo vindice, Iuſtinianus pręciſis nari-

bus, vinctuſque, ablato ei à Ciuibus Imperio, in Cherſoneſum deportatur. Leontius militiæ præfectus in carcere à Iuſtiniano detentus, Imperator ſalutatur. *Zonaras lib. 3. Annalium*.

701. Vvitizas Hiſpaniarum Rex in omnem effuſus libidinem, atque impietatem, Cælibatum à Clero eliminat (nam Rege edicente Epiſcopi, ac *P*ræsbyteri maritali thoro indulgebant) obedientiam, ac obſequiũ ergà Romanos *P*ontifices acri mortis comminatione interdixit, ſed, Deo vindice, ad tot mala, & peccata, Saracenorum dira tyrannis in Hiſpaniarum Regnis conſecuta eſt. *Baron. ad hunc Ann.*

705. Iuſtinianus per decennium Regno ſpoliatus Bulgarorum armis Regnum recuperat, Leontium, & Tiberium, à quibus Regno pulſus fuerat,

rat, in medio Circo iugulari præcipit, Callinicum Patriarcham luminibus exuit, ac Romam exilio propellit, vbi Callinicus ſtipem à Romano Pontifice, quem deſpexerat, emendicare, coactus eſt. *Theophanes, & Baronius* ſcribunt.

706. Iuſtinianus noua rerum, quas aduerſus Romanam Eccleſiam impiè aut geſſerat, aut cogitarat, pœnitentia ductus, eximium ſe Catholicę Fidei propugnatorē declarauit. Quare Volumen Concilij, quod contra Romanum Ritum Eccleſiæ ſcripſerat, Romam ad Ioannem Papam miſit, non vti prius, vt approbaret, ſed vt corrigeret, emendaretquè. *Theophanes in Miſcellaneis. Sigonius de Reg. Ital. lib. 2. fol. 8. Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Ioann. VII.*

Aripertus Longobardorum Rex dona-

donationem Patrimonij Alpiũ Cottiarum, quibus longa per tempora priuata fuerat Eccleſia, quęquè ab eadem gente detinebantur, in litteris aureis exaratam iure proprio B. Petri Apoſtolorum Principis confirmauit. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. loc. cit.*

709. Conſtantino Papæ Conſtantinopolim aduentanti Tiberius Iuſtiniani Cæſaris filius, ac Patriarcha Cyrus obuiam occurrunt; Nicæam petẽti Nicomediam vſque Imperator cũ proceribus obuiam fuit; cumque in conſpectu fuiſſet, proſtratus, Pontificis deoſculatus eſt pedes, ſtatimquè annuente Pontifice erectus, in mutuos amplexus, mutuaquè oſcula corruerunt; tum de abrogandis Decretis, quę Callinico auctore addita VI. Synodo, & eiuſdem nomine vulgata fuerant, habito ſermone, mira Gregorij

Car-

Cardinalis Diaconi, qui poſtea Summus Pontifex fuit, adnitente dexteritate, obtinuit Conſtantinus Papa, vt abolerentur, reſcinderentur. *Anaſtaſius S. R. E. Biblioth. in Conſtantino.* Hunc è numero Imperatorum primũ Summi Pontificis oſculatum eſſe pedes, *Genebrardus lib. 3. Chron.* refert.

710. Fœlix Archiepiſcopus Rauennas cum ſe ab obedientia Summi Pontificis ſubmouiſſet, à Iuſtiniani exercitu capitur, Conſtantinopolim mittitur, vbi candenti lamina eius obiecta luminibus excæcatus, in Pontũ relegatur, ità inſignis Rauennatis Eccleſiæ contumacia exemplo apud poſteros memorabili punita eſt. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 2. fol. 88.*

712. Philippicus militiæ Præfectus morte Iuſtiniano illata, Tiberio eius filio iugulato, Imperator ſaluta-

tur.

Digitized by Google

tur. Verùm à Monothelita Vate ſeductus, quòd non aſſequeretur modò, ſed in longum protraheret Imperiũ; ſi Monothelita fuiſſet, ſi Chriſti, Beatæ Virginis, Diuorum Imagines nullo loco, nullo honore haberet, vtramque hæreſim in toto Oriente propagare ſatagit; mox Decreta VI. Synodi reſcindit, alia contraria edit, pictaſque figuras veritatem Catholicã repræſentantes aboleri iubet. At Conſtantinus Papa aduocato PP. Concilio, Populoquè Romano de illatis Chriſto, B. Virgini, Diuiſque iniurijs edocto, Philippici ſtatuas, ac effigies tota Vrbe prorui, in Miſſarum ſolemnijs cõquieſcere nomen, eius imaginem in Templo minimè inferri, iuſsit; mox Magiſtratu amoto, qui Cæſaris nomine, Romanæ Vrbis Ducatum regebat; Plebs, Populuſque Orientale

retra-

Digitized by Google

retractauere Imperium, tùm Rauennates tumultum ea in Vrbe excitantes Ioannem Exarchũ ſuperbè, atquè auarè nimis imperantem trucidarunt. Ex hac die labeſcere cępit in Italia Græcorum Dominatus, donec tandem præceps ruit. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 3. fol. 93. Anaſtaſius S. R. E. Biblioth. in Conſtantino.*

714. Philippicus cum ſuſceptam de Religione ſententiam pertinacitèr tueretur, Imperij culmine turpiter deturbatur; nam pridię Pentecoſtes Rufus Opſicianorum Præfectus cum valida Thracum manu in Vrbem per auream portam irrupit, Regiam ingreſſus, ipſum incautum arripuit, atque in Armatorium Praſinorum abductum, nullo aduertẽte, excęcauit; poſtridiè in Pẽtecoſte Anaſtaſius Imperator à Ioanne Patriarcha conſecra-

tur.

tur. *Anaſtaſius in Conſtantino. Sigonius lib. 3. ſol. 94. de Reg. Ital.*

Anaſtaſius Imperator Catholicæ pietatis promotor Scolaſtico Exarcho Rauennam contendenti, Sacram ad Conſtantinum Papam dedit, qua ſe Catholica decreta, & VI. Concilium enixè tutaturum eſſe, promiſit, *Anaſtaſius Biblioth. in Conſtantino. Sigonius de Reg. Ital. lib. 3. fol. 94.*

715. Gliſcentibus diſcordijs Hiſpanorum à Gothico ſanguine Regũ, Saraceni Hiſpanias inuadunt, ibiquè firmata ſede, nec Eccleſias Fidelibus permiſſum habere, ni ſolutione tributi; ingens enim ex pia Fidelium largitate, quæ templis offerebatur, captabat Rex impius lucrum. Verùm, cum Rhodanum ad occupandas Francias tentarent peruadere, commiſſo prælio cum Eudone Francorũ

Du-

Duce 375. millia eorum interfecta eſſe vna die, mille tantum, & quingentis Francis eo bello interfectis, *Anaſt. Biblioth. in Greg. II.* ſcribit.

Adijcit Anaſtaſius, quòd cum Eudo tres ſpongias benedictas, quæ ad vſum menſę Pontificię apponebantur anno præterito à Gregorio Papa ſibi miſſas eadem hora, qua prælium cõmittebatur, per modicas partes militibus diſtribuiſſet, ne vnus quidem ex ijs, aut occiſus, aut interfectus fuerit, qui ſpongiæ partem accepiſſet.

716. **Gregorius II. Conſtantinũ Papam imitatus cauſa Sanctarũ Imaginum Conuentum in Laterano coe**git, atque ex Epiſcoporum ſententia veterem earum venerationem retinẽdam eſſe ad excitandã imperitę multitudinis memoriam, & erga Diuos pietatem, ſtatuit, tum Luithprandum Lon-

Longobardorum Regem, vt Patrimonium Alpium Cottiarum reſtitueret, & ratam Ariperti donationem haberet, pijs admonitionibus adegit. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 3. fol. 95.*

Theodoſius, qui Anaſtaſio in Imperio ſucceſſerat, vt erat Catholicæ Fidei defenſor, & pius cultor, extemplò VI. Concilij Acta, quæ in Baſilica quondam picta Philippicus aboleuerat, reſtituenda, ſacraſque Imagines reponendas, iuſſit. *Sigonius loc. cit.*

717. **Leo Iſaurus Orientis Imperator à Cõſtantinopolitano Patriarca coronatus Catholicæ Fidei profeſſionem edidit, litteraſquè ad Gregorium Papam obſequij plenas tranſmiſit; ſed paulò poſt in Iconoclaſtarum hæreſim lapſus, nil non tentatum reliquit, vt eundem interficeret,**

incaſ-

incaſſum ſemper eius conatus reddẽte Deo, pro cuius honore decertabat Gregorius. *Anaſtaſius Biblioth. in Greg. II. Sigon. in Reg. Ital. lib. 3. fol. 98.*

719. Conſtantinus Iſauri Imperatoris filius dum ſacra Baptiſmi luſtraretur aqua, alimoniæ excremento, ac ſtercore Baptiſmi lauacrum polluit, ex quo eum Copronymi cognomentum ſortitum eſſe, *Cedrenus*, & alij ſcribunt.

720. Sancti Auguſtini oſſa magno pretio à Saracenis coempta, qui Sardiniam depopulantes in Templa, ac SS. Reliquias ſæuierát, Luithprandus Rex Papiam ad ſe transferri curauit. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 3. fol. 98. Platina in Greg. II.*

721. Matrimonium inter Propinquos vltra quartum Gradum indulgetur à Gregorio Papa II. cùm an-

tea ad ſeptimum quoque gradum lex protenderetur. Vide *Concilium Rom.* 1. *ſub.Greg.II.*

723. Vir quidam Sarantapicus nomine, natione Iudæus Vatis opinionem apud Gizidi Saracenorum Principem adeptus, eidem quadraginta, & amplius annos vitæ, & Regni prænunciando promittit, ſi Sanctorum Imagines aboleret, earum cultum interdiceret; quod cum res ipſa per totam Syriam, & Aſiam minorem impius Rex prꝫſtitiſſet, vix anni ſpatium emenſus, occumbit. *Cedrenus*, *Zonaras*, *Paulus Diaconus de Geſtis Longob.* ſcribunt.

727. S. Ioanni Damaſceno ſacrarum Imaginum cultus Propugnatori acerrimo, falſum crimen, quod cum Saracenis aduerſus Leonem Iſaurum per litteras coniuraſſet, obijcitur, tum ma-

Digitized by Google

manus ei dextera abſcinditur, ſed B. Virginis ope abſciſsa dextera reſtituitur. *Baron. ad Ann.* 727. 728.

729. Luithprando Longobardorum Regi Romam oppugnanti ſacris Imaginibus velatus cum inermi Clero Gregorius Papa occurrit. Ad Pontificis conſpectum ſtatim Rex mollitus retrò mouit agmen, depoſitoquè Regio diademate, Balteum, ac enſem Pontifici obtulit. *Sigon. lib. 3. de Reg. Ital. fol.* 105. refert.

730. Gregorius Papa III. cum nequè precibus, nequè minis potuiſſet vnquam Iſauri Imperatoris mentem aduersùs Catholicos, & cultum S.S. Imaginum infenſam in melius flectere, habito PP. Concilio Romæ, illum à Fidelium cõmunione ſeiungit, Italiæ Populos illi ſubiectos à iuramenti fidelitate abſoluit; nè illi Ita-

liæ vectigalia ſoluerentur, inhibuit. *Theophanes in Miſcellaneis, Cedrenus, Zonaras*, relati à *Bellarm. lib. 5. de Rom. Pontif. c. 8.* ſcribunt.

Verùm Leo dum inſtructa ingenti claſſe, & propè Brundutium appulſa Regna Italię recuperare ſatagit, Deo vindice, ventorum vi diſiecta eſt claſſis, quaſſatæ ſunt rates, paucis ex ſæua tempeſtate effugium fuit. *Valefridus Strabo lib. de exord. & increm. rerum Eccleſ. Sigonius de Reg. Ital. lib. 3. fol. 108.*

731. Gregorius II. Pontificum primus extitit, qui contra hoſtes Eccleſiæ nedum ſpiritualia, ſed & temporalia arma diſtrinxerit, quiquè in quadrageſimali abſtinentia ferię 5. ieiunium præceperit, ea enim die olim feriabatur à ieiunio, ſicut & nunc Dominicis Quadrageſimæ diebus *Ille-*

ſcas

ſcas hiſt. Pontif. lib.4. c.27.

738. Alphonſus è Gothorum ſanguine ortus Saracenis Hiſpaniam vniuerſam occupantibus, è montibus, in quibus ſolùm tuto degere dabatur, in planitiem deſcendit, cum hoſte congreditur, victoriaque ex illo inſignis reportata, Catholici ei cognomentum dedit: manſit deinde veluti hereditario iure idem Hiſpanis Regibus glorioſus titulus, quo PP. noſtrorum memoria Ferdinandus Rex Aragonius à Iulio II. decoratus præfulſit, præfulgentquè ad hanc vſque diem Catholicæ Fidei zelo, pietate, Apoſtolica Religione clariſsimi Hiſpaniarum, Indiarumquè Reges.

740. Iua Britanniæ Rex Regnũ tributarium S. R. E. conſtituens vniuerſas Tribus, familias, ac domos annuam ſtipem, annuumquè argenteum

nummum, ſeu denarium in Sacræ Vaticanæ Baſilicę vſum, luminaria, & ornatum pendere voluit, & quidē durauit hæc pia Regis largitas octingentos propè annos, donec Henricus VIII. ab Eccleſia Catholica deſciuit. Refert *Polidorus Virgilius*, qui Pontificius Quæſtor in eo Regno fuit.

741. Luithprando Regi, qui oras Romę finitimas armis vexabat, Zaccharias Papa occurrit, & Regem ad pacem cum Traſimundo Spoletano Duce, ac Romanis Ciuibus flexit. Tùm Rauennates ab eiuſdem Regis armis tutatus, demum Rachim Longobardorum Regem, qui Luithprando ſucceſſerat ab obſidione Peruſiæ remouit. Refert *Anaſt. S. R. E. Bibliotb. in Zacharia*.

742. D. Petrus Damaſcenus Epiſcopus abſciſſa ei à Saracenis lingua

quòd

quòd Manichæorum hęreſim cum Saracenorum ſuperſtitione coire, pro concione edixerat, clariùs, & diſertiùs loquitur, expreſsiori voce ſacrificium celebrat, mox tentata ei nece, prius ſpiritum, quàm vocem amiſit. *Theophanes in Miſcellaneis* ſcribit.

744. Conſultus Romanus Pontifex Zaccharias à Bonifacio Germaniæ legato, An ratum, firmumque habendum foret Baptiſma, quod latina quidem, ſed corrupta, infracta, & in barbaras voces decliui lingua conferretur. Reſpondit, *Verborum magis ſenſa, mentemque proferentis, quàm verba ipſa penſanda*, quod ſanè reſponſum vice Oraculi fuit. *Baronius ad hunc An.*

752. Galliarum Regnum ab Ilderico Rege ſtupido, qui ex Merouei regio ſtemmate proſtremus erat,

in Pipinum ex eodem regio ſtemmate collateralem, & affinem tranſlatum Zaccharias Papa Apoſtolica auctoritate firmat. Vide *cap. Alius*. 15.q.6.

753. **Aduenienti in Gallias Stephano III. regale hoſpitium, ſummoſque honores Pipinus defert, Carolum filium, cui præclara poſt mo-** dum geſta magni nomen dedere, ad centeſimum vſque lapidem obuiam miſit; Rex ipſe Lutetia Pariſiorum egreſſus obuiam proceſſit trium milliarium ſpatio; Verùm in conſpectu Pontificis factus, ex equo deſiluit, ſtratorem ſe exhibuit, Pontificis equũ manu tenens; at renuit Pontifex, poſtquam aliquantulum proceſſiſſet, tum Rex rurſum equum conſcendens in Regiam introducit, dein Stephani hortatu pro S. R. E. & Italiæ incolu-

Digitized by Google

mitate in Italiam contra Aiſtulphum Regem Longobardorum deſcendit, illum fugat, fuditquè, mox Papiæ commorantem larga, ac dura obſidione adegit, vt Rauennam, eaque omnia, quæ Romanę ditionis occuparat oppida, reſtitueret. *Anaſtaſius Bibl. in Stephano III. Oſtienſis lib.* 1. *Hiſtor. Caſſinen.* ſcribunt.

754. Pulſos à Conſtantino Copronymo ob cultum SS. Imaginum, Orientales Catholicos Stephanus Papa III. hoſpitio recipit, ac ad inhabitandum concedit ædes propè D. Dionyſij Templum, quod nuper erexerat in grati animi ſignum, quod illius ope in Gallijs dum ægrotaret grauiſſimè, ſalutem recuperauerit, etiamnum ędes hæ *Schola Græca* appellantur. *Baron. ad hunc Ann.*

755. Pipinus Rex in Italiam

ite-

Digitized by Google

iterum deſcendit aduerſus Aiſtulphũ, qui contra fidem datam occupata oppida non reſtituerat, tum aperto Marte victum, fugatum, & iterum Papiæ obſeſſum coegit, vt non modo Picenum, Sabinamque, & magnam Hetruriæ partem, ſed Rauennæ quoquè Exarchatum, & quicquid Padum, & Apenninum interiacet, à Placentinis vſque ad ſtagna Venetorum, & quicquid intra Iſaurum flumen, Apenninum, & Andriaticum retinetur, Romanis reſtitueret, pleraſque alias Italiæ Vrbes, & Corſicam Inſulam Romanę Eccleſiæ ditioni adijceret. In tam effuſæ erga Eccleſiam liberalitatis monumentum habetur Rauennæ excita columna, vbi cum alia verba vetuſtas deleuerit, hæc permanſerunt.
Pipinus Rex amplificandæ Eccleſiæ viã aperuit.
Verùm Aiſtulphus, vel inter venã-

dum equo effuſus, vel vt alij narrant ab apro percuſſus exiguo dierum ſpatio vitam finiuit. *Adelmus optimus ſcriptor, & Eginharus in Vita Caroli Magni* ſcribunt.

763. Pullularunt hoc anno, vindicante Deo iniurias ſacris imaginibus ab Imperatoribus Orientis illatas, Turcarum ſemina è Scythia, Caſpijſquè portis; hi primò latrocinantium more palantes, & vagi, tum Othomano Duce, mirum, quàm ingentes progreſſus in Fidei Chriſtianæ detrimentum fecerint, & etiamnum faciant. *Baron. ad hunc Ann.*

765. Graſſante Iconoclaſtarum Hæreſi Berity in Syria Imago Chriſti in Cruce pendentis per ludibrium percuſſa, ſanguinem fudit, quo ægra corporis valetudine afflictati, ſaluti reſtituuntur. S. Athanaſius Iunior in libel-

libello peculiari, qui in II. Nicæna Synodo adducitur, narrat. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 3. fol.* 131.

Hanc Imaginem à Nicodemo confectam, & Gamalieli dono datam, poſt aliquot ſęcula in manus *Iudęorũ* perueniſſe. *Victorel. in Addit. ad Vitam Pauli* I. refert. Vide *Bellar. de Imag. & Durantum de Ritib. Eccleſiæ.*

767. Conſtantinus Laicus, ac ſęcularis vir, Toto Nepeſino Duce agẽte, Pontifex eligitur, ſed eo amoto, & in Monaſterij ſeptis incluſo per Chriſtophorum, & Sergium S.R.E. Cardinales, Stephanus IV. conſalutatur, per quem aduocato PP. cætu, Conſtantini ſunt acta reſciſſa, decretumque eſt, nullum deinceps, niſi ex Cardinalium cætu ad Summum Pontificatum euehendum. *Victorel. in Addit. ad Conſtan. Vitam.*

Mo-

770. Monachi iuſſi ſunt coniugia cum Monialibus inire à Conſtantino Copronymo, proh ſcelus; tum Monaſteria, Cœnobiaque omnia, quę in Thracia erant, ſolo æquauit. Sed Deo vindice, bello cum Bulgaris inito, adeò ſæuum dolorem ex accepto vulnere ſenſit, vt eiulans dixerit, *ſe iam inferni cruciatus, pęnaſqte anticipatò ſentire*, tum paulò poſt afflauit animam. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 3. fol.* 131.

773. Deſiderium Longobardorum Regem Romanam ditionem, turbantem, ac Summo Pontifici Adriano infeſtum, Carolus Magnus bello compreſſit, captumquè Lugduni priuatam vitam agere coegit; tum ea Italiæ parte, quam Deſiderius tenebat, occupata, cætera oppida omnia S.R.E. reſtituit. *Sigonius de Regno Italiæ lib. 4. fol.* 144.

Oſſa

Digitized by Google

775. Offa Orientalium Saxonum in Britannia Rex Vrbem Apoſtolorum limina adoratum venit, mox Regnum Petro Apoſtolorum Principi veluti vectigale conſtituens, regia munificentia ſingulas tribus, ac familias in ſingulos annos argentarium denarium pendere ſanxit. *Polidorus Virgilius* Quæſtor harum pecuniarum refert.

Diſperijt Conſtantinus Copronymus, & verbis agentibus animam confeſſus eſt, ideò acerbo fato ſuccumbere, quia Beatiſſimam Virginem verbis tetigiſſet, ideòque ęternis torqueri incendijs, quare exemplo traditus acerrimo iuſſit in poſterum Virginem venerandam. *Dion. Pet. de rat. temp. par. 1. lib.* 8.

780. Leo IV. Porphyrogenitus Orientis Imperator, qui Conſtantino

Copronymo ſucceſſerat, Imaginum cultores adeò ſæuè perſequitur, vt nec Matri Irene pepercerit, eam enim è regia pepulit, ſed paulò poſt valida correptus febri, Conſtantino filio impubere ſuperſtite, abſumitur. *Zonaras lib.3. Annalium* refert.

784. Carolus Magnus Saxoniam ab ipſo ter, quaterquè ſubactam, & ipſum Galliȩ Regnũ vectigale S.R.E. conſtituit, quòd licèt apud Scriptores eius ȩui non inueniatur, Gregorius tamen VII. trecenteſimum ferè poſt annum perſcripſit, litteriſque ad Petrũ Albanenſem Epiſcopum datis, teſtatum reliquit.

787. **Concilium II. Nicænum** cogitur pro cultu ſacrarum Imaginũ, cui interfuere 350. Epiſcopi, inter quos Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus ſub Irene Auguſta, & Hadria-

driano I. cuius nomine Petrus S. R. E. Presbyter Cardinalis miſſus preſedit; in quo Concilio non ſolum deferendum eſſe cultum ſacris imaginibus, definitum eſt, ſed lecto, & recitato Fidei ſymbolo, cum ad Spiritus ſancti proceſſionem ventum eſt, hec verba Patres protulere. *Qui ex Patre, Filioque procedit*. *Zonaras*, *Cedrenus*, *Sigonius de Reg.Ital.lib.4.fol.*150. ſcribunt.

792. Neſtoriana hereſis per Elipandum Tolet. Archiepiſcopum, & Felicem Vrgelitanum Epiſcopum in Hiſpanijs iterum conſurgit, & in Gallias inuecta Carolo Magno agente in Concilio Francfordien. cui Romane Sedis Legati interfuere, compreſſa eſt, Anno 794. Vide *Bellarmin. lib.2.de Concil. Auctoritate, & lib.1. de Concilijs, & Eccleſia.*

795. Hoc

795. Hoc anno exceſſit Hadrianus Papa *I*. quo nullus alius, ſi S. Petrum excipias, diutiùs in Pontificatu vixit, nam annos 23. menſes decem, dies ſeptem ſupra decem in ſacra *P*etri Sede exegit;ſub hoc Pontifice euerſo Longobardorum Regno, propagati, quantum nunquam aliàs, Romanæ ditionis, ac dominationis fines; quare magnarum opum S. Petri arbiter factus, munificentia etiam, ac pietate ſummus fuit. *Anaſt.S.R.E.Bibl.in Hadriano* ſcribit.

Leo III. *P*ontifex cùm vexaretur Eccleſia, ſepties, & nouies faciebat ſacrum; etiam ferunt D. Vdalricum pluries litaſſe Deo ſingulis diebus, poſteà Concil. Saleguſtadien. facultatē illam cohibuit, ter Sacerdotem facere iuſſit. Vide *Concil. Saleguſtadien. cap*. 4. *Londinen. I. cap*. 2. *Oxonien. I. cap*. 1. De-

mum Alexander Papa ſemel tantum Sacerdotem celebrare iuſſit. Vide *Baron.tom.* 10. *pag.*489. *cap.Sufficit de Conſecrat.diſt.* 1.*cap.*9.*Concil.Rauenn.II. ſub Clemente V.c.*8. *Conc.Tolet.XVIII.* excepta die Natiuitatis Domini. *cap. Conſuluiſti de Celebrat. Miſſarum*, vbi additur, excepto caſu neceſſitatis, quatenus in hoc poteſt à *P*apa diſpenſari.

797. Conſtantini V. Imperatoris Iconoclaſtæ in Diuos, & propriam ſui Matrem, impietas effecit, vt Irene mater non conſenſerit modò, ſed etiam iuſſerit, vt luminibus priuaretur, quod ſanè contigit eodem die, quo quinquenniò antè Nicephoro Patruo Conſtantinus oculorum lucem amouerat. *Zonaras lib.* 3. *Annalium* ſcribit.

799. *P*aſchalis, & Campulus Adriani *P*apæ ex fratre nepotes S.R.E.

Car-

Cardinales, Leonem III. *P*apam Pontificijs velatum inſignibus, & publicas Clero, *P*opuloque comitante effundentem preces, armis aggrediuntur; plurimis cruentant vulneribus, tùm ad abſcindendam linguã, eruendoſque oculos vibrant ferrum, & iam perfeciſſe, quod intenderant, rati, ſemianimem in S. Eraſmi Cœnobium ſub militari cuſtodia detrudunt. Sed haud diù poſt, linguæ, & oculorum vſu non modò, ſed etiam priſtino vigore recuperatis, in Gallias, eluſis cuſtodibus, Leo contendit. Ibi humaniſſimè exceptus à Carolo, datus eſt ei poſtmodum in Vrbe locus; tum coram Rege, qui aduenerat, & Magno *P*rocerum, Epiſcoporumquè conuentù, iureiurandi Religione, ac purgatione Canonica reiecit crimen, quod *P*aſchalis, & Campulus ei obiecerant;

& quo ingens à ſe patratum ſcelus excuſauerant. Verùm notat hic *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth.* quòd cum iuſſu Caroli Magni omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, & *P*roceres tùm Romani, tum Galli veniſſent ad D. Petri, vt cauſam Leonis *P*apę III. audirent; omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates vna voce dixere: *Nos Sedem Apoſtolicam, quæ eſt caput omnium Dei Eccleſiarum, iudicare non audemus, nam ab ipſa nos omnes, & Vicario ſuo iudicamur, ipſa autem à nemine iudicatur, quemadmodum & antiquitus mos fuit.*

800. Tam inſigni beneficio deuinctus Leo, Eccleſię incolumitati cõſulens, Orientis Imperatoribus in apertam contumaciam contra Eccleſiam prolapſis; in occidente *I*mperatorem alterum conſurgere in Eccleſiæ, & fidei tutelam voluit; quare in

ſacra

ſacra Vaticana Aede ipſo Anniuerſario Natiuitatis Chriſti Domini die, Carolum diademate Imperiali coronauit. *Baronius ad hunc Annum. Anaſt. S. R. E. Biblioth. in Leone III. Theophanes in Miſcellaneis, Sigonius de Reg. Ital. lib. 4. ſol. 158. 159. Bellarm. lib. de Translation. Romani Imperij. Nicolaus Alemannus in ſua diſſertatione* ex fide ſcribit.

803. Hoc anno Leo Papa *III.* Suibertum Catalogo SS. adſcripſit coram Carolo Magno, eiuſque *P*roceribus, tunc primò ſolemnis canonizatio ſolemniter facta legitur. *Surius tom. 2. Baron. in Martyrologio Bellarm. lib.* 1. *cap.* 8. *de Canonizatione, Angelus Rocca lib. de Canonizat. SS.* teſtantur.

804. Leo *P*apa ad inuiſendum Chriſti ſanguinem ad preces Caroli pijſſimi *I*mperatoris Mantuam pergit.

Digitized by Google

git, & eo inſpecto, cum non alium ab eo cenſendum, qui è Chriſti olim effluxerat corpore, varia miracula probaſſent, teſtatum id peculiari diplomate ad Carolum Leo voluit. *Ciaconus in Leone. Sigonius de Regno Ital. lib.4.fol.163.*

807. Vt Saracenorum ludibrio ſubducerent Fideles S.Nicolai corpus Miræ in Licia olim Epiſcopi, arcam, in qua corpus erat, ſalubri dolo ſubtrahunt, & alteram ſupponunt, quare hæc à Saracenis varijs ludibrijs confracta, proſtrataque eſt; illa verò illęſa permanſit; ſic Deo diſponente, ludibrium in irriſores verſum, quorum etiam claſsis tota diſiecta eſt. *Baronius ad hunc annum.*

809. Nicephorus Orientis Imperator legem tulit, qua dabatur Epiſcopis facultas diſſoluendi pro eorum arbi-

arbitratu matrimonia, tum Epiſcopis, Clericiſque omnibus tributum, annuumque cenſum imponit. Verùm, qui aurum Eccleſiæ iniquè concupierat, inito cum Bulgaris bello, paulò poſt ferro iuſtè extinguitur. *Baronius ad annum* 811.

815. Leo III. conſpiratione Romanorum Ciuium iterata, ad necem quærebatur, ſed Ludouico, qui Carolo ſucceſſerat, agente, & miſſo Italiæ Rege Bernardo Romam, ſedatus tumultus eſt, & Leo incolumis ſeruatus; conſueuerat is, cum arduum aliquod occurreret, ad Diuinam opem implorandam Miſſarum ſolemnia vna, eademque die ſemel, bis, tertiò, ſepties etiam, ac nouies, vt mox ſupra dixi, celebrare. *Baronius ex Francorum Annalibus* refert.

816. Campuliana ſeditione nō-

git, & eo inſpecto, cum non alium ab eo cenſendum, qui è Chriſti olim effluxerat corpore, varia miracula probaſſent, teſtatum id peculiari diplomate ad Carolum Leo voluit. *Ciaconus in Leone. Sigonius de Regno Ital. lib. 4. fol. 163.*

807. Vt Saracenorum ludibrio ſubducerent Fideles S. Nicolai corpus Miræ in Licia olim Epiſcopi, arcam, in qua corpus erat, ſalubri dolo ſubtrahunt, & alteram ſupponunt, quare hæc à Saracenis varijs ludibrijs confracta, proſtrataque eſt; illa verò illęſa permanſit; ſic Deo diſponente, ludibrium in irriſores verſum, quorum etiam claſsis tota diſiecta eſt. *Baronius ad hunc annum.*

809. Nicephorus Orientis Imperator legem tulit, qua dabatur Epiſcopis facultas diſſoluendi pro eorum arbi-

arbitratu matrimonia, tum Epiſcopis, Clericiſque omnibus tributum, annuumque cenſum imponit. Verùm, qui aurum Eccleſiæ iniquè concupierat, inito cum Bulgaris bello, paulò poſt ferro iuſtè extinguitur. *Baronius ad annum* 811.

815. Leo III. conſpiratione Romanorum Ciuium iterata, ad necem quærebatur, ſed Ludouico, qui Carolo ſucceſſerat, agente, & miſſo Italiæ Rege Bernardo Romam, ſedatus tumultus eſt, & Leo incolumis ſeruatus: conſueuerat is, cum arduum aliquod occurreret, ad Diuinam opem implorandam Miſſarum ſolemnia vna, eademque die ſemel, bis, tertiò, ſepties etiam, ac nouies, vt mox ſupra dixi, celebrare. *Baronius ex Francorum Annalibus* refert.

816. Campuliana ſeditione nõ-

Digitized by Google

dum ſedata Stephanus Papa V. in Gallias ad Ludouicum confugit, qui aduentanti Pontifici magno Procerũ agmine obuiam proceſsit; vt primum aſpexit, ex equo deſiliens, humi proſtratus veneratus eſt, tum à Pontifice monitus, equum conſcendit, comiter ſe ſtratorem exhibens in Regiam introducit, tum Romę ſedat excitatos motus, cum prius à Pontifice Auguſtus fuiſſet declaratus; tum magnis muneribus oneratum Pontificem Ludouicus dimiſit, qui Romæ magno exceptus plauſu, paulò poſt febri correptus extinguitur. *Anaſtaſius Biblioth. in Stephano V. Ciaconus*; & alij.

817. Ludouicus Imperator Aquiſgrani cõuentu habito Procerum, atque Epiſcoporum, non modo Prouincias, Oppida, Vrbes, quæ Pipini, & Caroli ſtrenua virtute obuenerant

Eccle-

Eccleſiæ, rata, firmaque habere voluit, ſed libera quoquè in eligendis Romanis Pontificibus Romano Clero, Populoque comitia lege edita ſanxit, dummodò electus Pontifex per legatos amicitiam ſecum, & cum ſucceſſoribus iniret, firmaretquè, ita refert *Gratianus cap. Sacrorum Canonum dist. 63. Sigon. de Reg. Ital. lib. 4. fol.* 171. *& ſeqq.*

818. Dum Anglorum Domus propè Porticum D. Petri noctu exurerentur, Pontificia Paſchalis I. Summi Pontificis Sanctitas enituit; nam is nudis pedibus ad extinguendum incendium accurrit, & vbi eius pes conſtitit, flamma ſtetit. *Anast. S. R. E. Biblioth. in Paſcali I.*

820. Leo Armenus Imperator ſupplicio addixit Michaelem Balbũ affectatæ tyrannidis inuſtum nota, vero-

verũ cùm ſubire deberet ſuppliciũ in Porticu Regis, & iam iam duceretur, Vxor Imperatoris Eudoxia putauit facinus, pervigilium Natiuitatis Domini temerare ſupplicio, quare ſtetère miniſtri, & retardatum ſupplicium eſt; poſtridiè à fœderatis Michael ſalutatur Imperator, Leo perimitur. *Rinald. Ann. Eccl.* Feruntaliqui, illicò delapſam è cœlo vocem perempti Leonis ſæuiſsimi tyranni nunciam, noui Imperij Irim ſereniſsimam.

827. Concilio Procerum, & Epiſcoporum Aquiſgrani habito pro ſarta tecta Eccleſiaſtica diſciplina tuenda Ludouicus Imperator non tàm leges tulit, quàm latas ab Epiſcopis firmauit, ſuaquè auctoritate munitas eſſe voluit. *Ciaconus in Greg. IV.*

831. S. Bartholomæi corpus, quod olim in mare proiectum ex vltimis

India-

Digitized by Google

Indiarum finibus, ventorum vis in Liparam Inſulam detulerat, pius Monachi vnius labor, Beneuentū tranſtulit. *Leo Oſtienſis in Chronico.*

834. In Hiſpania ducenti fermè viri Monachi à Saracenis pro fide Chriſti perempti; terram, vbi vitalem auram, ſanguinemquè effuderāt, purpuream veluti recenti reſperſam cruore, ſingulis annis anniuerſaria die conſpici, Auctores tradunt.

835. Sæuiente Theophilo Orientis Imperatore contrà Sanctarū Imaginum cultum Romę decreto Gregorij *P*apæ IV. peculiaris addicta eſt dies, qua Diui, Sanctiquè omnes per vniuerſum Chriſtianum orbem colerētur; prima Nouembris ea dies fuit. Rabanus Monachus carminibus hanc Inſtitutionem luculēter expreſſit. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 4. fol. 186.*

Mi-

842. Michael *IV*. dictus III. *Porphyrogenitus* Theophili filius, & Theodora eius mater prima Quadrageſ. Dominica reſtituère Sacris Imaginibus cultum; eiuſque iuſſu cõſpectæ ſunt, & adoratæ Sanctorum Imagines, poſtquam 120. annis ea labes Orientale Imperium fædaſſet, quare eam diem à Methodio Conſtantinopol. Sedi reſtituto hymnis, & Canticis, celebrari decretum. Et quidem plures in eam rem hymnos Theophanes Poeta compoſuit, qui ob cultum SS. Imaginum inuſta fronte tolerarat, geſtabatque ſtigmata. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 5. fol.* 191.

844. Saraceni Samnio, Capua deuaitatis, Caſsinenſis Monaſterij opibus dilapidatis, in Hiſpanias regreſſi, ingenti exercitu Galetiæ fines aggrediuntur; Ramirus Rex incertus, ac du-

dubius, an muris ſe contineret, an hoſtibus occurreret, oblata D. Iacobi Tutelaris ſpecie, longè inferior viribus præliũ init, hoſtes fugat, 70. millia cędit, & quia in ipſo belli conflictu viſus eſt Iacobus albo inſidens equo cum vexillo rubra Cruce hoſtiũ phalanges expugnans, inſtitutus eſt ordo militum ſub eodem D. Iacobi vexillo rubram crucem geſtantium. Vide *Conſtit*. 1. *dum intra Adriani VI*.

845. Vrgente dira Bulgarorum Regnum fame, Bogaro Rex Idolorũ cultor ſororis Chriſtiana fide imbutæ precibus dedit, vt Chriſti opem imploraret, quo facto ſtatim copia ex inopia fuit, tum Bogaro fidem Chriſti amplexatus, & luſtrali aqua ablutus Michael exinde dictus eſt. *Ioannes Curopalates* huius ſæculi ſcriptor refert.

Dum

846. Dum Saraceni ſuburbia Romæ, & ipſam D. Petri Baſilicam depopulati, ingenti onuſti præda claſſe patrias ſedes repetunt, medio Pelagi, vi ventorum diſiectæ, quaſſatę, & atris fluctibus abſumptæ ſunt rates. *Leo Oſtienſis, & Anaſt. S.R.E. Biblioth. in Leone IV.*

847. Sergius Papa II. Sanctorum Martini, & Syluestri delubro inſtaurato, ac in auguſtiorem formam redacto, indulſit preces ibi fundentibus trium annorum, totidemque quadragenarum iniunctas pro erratis poenas. Extat eodem in templo marmorea Tabula, qua id ipſum inſcriptum legimus. Ex quo patet, quàm vetus fuerit mos in Eccleſia diſpēſandi Indulgentias. An ab hoc Sergio II. qui ante Pontificatum Os porci dicebatur, An a Sergio III. An verò à Ioanne

ne XII. qui penè puer electus Summus Pontifex, antea Octauianus dicebatur; an tandem ab ipſo S. Petro Pontificum primo, qui poſt ſuſceptũ Pontificatum Cęphas eſt dictus, Pontifices in nouo munere nouum aſſumant nomen, non vna eſt Scriptorũ ſententia.

Pontificia Sanctitas Romæ hoc anno biſ emicuit; nam primò cum Baſiliſcus dirum ſerpentis genus venenato ſuo ſpiritu omnibus, qui ad eius cauernam accedebat, repentinum afferret interitum, Leo IV. Pontifex ieiunio, precatione præmiſſis, tum indicta ſupplicatione ad os cauernæ acceſſit, oculis, & manibus in cœlum leuatis, oratione ad Deum facta, ferum ſerpentis virus diſperſit.

Deindè conflatum ignem in Vico Saxonum vi ventorum auctum Vaticanæ

canæ Baſilicæ excidium minitantem, accurrens Leo Pontifex Crucis ſigno ſtatim extinxit. *Sigonius de Reg. Ital. lib.5. fol.* 195. *Anaſtaſius Biblioth. in Leone IV*.

849. Leo IV. Neapolitanorum nauilijs accerſitis, inſtructa Claſſe Saracenos Oſtia Tyberina repetentes Romam directuros fuſis precibus in illa verba: *Deus, cuius dextera B. Petrum ambulantem in fluctibus, &c.* aggreditur, vincit, funditque. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 5. fol.* 197. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Leone IV.*

835. Deponitur Anaſtaſius S.R.E. Cardinalis, quòd bis, ter admonitus, vt Romam rediret, parere abnuerit, hinc enata lex eſt de Clericis non reſidentibus, quæ habetur *c. ex geſtis Tit. de Clericis non reſidentibus*.

Leo

Leo Papa IV. Nemenoium Caroli Francorum Regis Ducem in Britannia minori grauem Eccleſiæ, & Epiſcopis anathemate percutit; excepit is inſolenter, & minas Summi Pontificis floccifecit; at Dei iuſſu ab Angelo percuſſus, interijt; legitur *in Chron. Engoliſmenſi.*

854. Vidit hoc anno Oriens impuberes Antiſtites cum Thiara, ornátuque Pontificio incedentes, quòd Michael III. Imperator, aliàs IV. Diuina, Humanaque inficiens; quos ſocietate ſcelerum, vel mollitie vitæ ſibi iunxerat, in Eccleſiæ munera euehebat. *Ioannes Curopalates* eius temporis Hiſt. ſcribit.

855. Leonis IV. morte ſecuta inducta eſt ab Hereticis fabula de Ioanna Papiſſa, quam compreſſam à famulo in Eccleſia propè Coloſſæum

extinctam anno II. Pontificatus ferũt, ſed fabulam huiuſmodi facilè refelles

Primò, quia teſtis varius non facit fidem. *Bart. in l. eos ff. de falſ. Felin. in c. cum ſumma de Teſtib. P. Fagnanus in c. cum Eccleſia n. 20. in c. Præterea de Teſtib.* At hæretici eius fabulæ Auctores variant inter ſe; nam primò variant, An Ioanna Papiſſa ſucceſſerit Leoni IV. An Martino I. An Ioanni V. Secundò variant, An Ioanna dicta ſit VI. an VII. an VIII. an IX. Tertiò variant quò ad eius patriam, nam ab aliquibus Moguntina, ab alijs Coloni enſis, ab alijs Anglicana dicitur.

Secundò principaliter hanc fabulã reijcies, quia à Mariano, ſeu Martino Scoto, qui Monachi vitam profeſſus eſt, 200. fermè poſt annum ea narratio perſcripta eſt, & ab eo illam deſumpſit Platina.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò quia Sedes perforata porphyretica, quæ & Stercoraria dicitur, in qua Summus Pontifex in ſolemni equitatu è Vaticano in Lateranenſem Baſilicam procedens, ante Cappellã S. Syluestri ſedere conſueuit, non eo fine inducta eſt, vt ex ea certiſſimum Eccleſia eliciat arg. vir nè ſit, an fœmina, vt parum cautè Platina ſcribit; ſed quia, poſtquam paulatim in ea Summus Pontifex ex equo deſiliens quieuerat, S.R.E. Cardinales monebant, vt ſurgeret hiſce planè verbis ex Pſalmo deſumptis. *Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat. Cærem. Rom.*

Quartò quia *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. pag.* 175. 199. qui ea tempeſtate floruit, & comitijs interfuit; *Ado Viennen. Archiepiſcopus in Chron. fol.* 185.

Digitized by Google

Auctor Annalium, qui dicuntur *Bertiniani tom.* 3. *collect. Ducheſnianæ* Anaſtaſio Biblioth. Synchroni ex fide referunt, Benedictum Tertium immediatè fuiſſe ſubrogatum Leoni IV. Vi. de *Philippi Labbe demonſtrationē Chron. in calce tom.* 1. *de Script. Eccleſ.* & apud ipſum innumeros ferè Eccleſiaſticos Scriptores huiuſmodi fabellam refutantes, quibus adde *Victorellum in Addit. ad Vitas Pontif. Dianam tract.* 12. *de Conſecrat. Epiſcopi Reſolut.* 54. *Nicolium in ſuis floſculis V. Papa*. Demum nuperrimi ſectarij fabuloſam hanc narrationem agnoſcunt, & fatentur ingenuè.

Notat *Card. Baron. ad Ann.* 879. Ioannem VIII. ob nimiam facilitatem, & mollitudinem in reſtitutione Photij Fidelium Communioni; nō Papam, vt Hadrianus, & Nicolaus an-

terio-

Digitized by Google

teriores Pontifices, qui conſtatiſsimè reſtiterant, ſed Papiſsam contumeliæ loco fuiſſe dictum, vtpotè qui fractus animo, omnis Sacerdotalis conſtantiæ expers, nec reſiſtere potuerit Eunucho, & ſemiuiro, atque ita à quamplurimis decantatum fuiſſe, Ioan. VIII. Papam non virum, ſed fœminam fuiſſe, ſicque iactata vulgo inuenerit eo modo fabula de Ioanna Papiſſa locum, ſi qua tamen veritatis vel ſaltem ſpecies apertiſsimo mendacio eſſe poteſt. Verùm eiuſmodi ſcommatibus proſcindi ſæpe ſolere leuioribus de cauſis Romanos Pontifices à maledicis, & otioſis, quibus conſilia Principis occulta, nemo eſt, qui viuat Romæ, & neſciat.

858. Nicolaus Primus inuitus, & reluctans Pontifex eligitur: Verùm ſolemni equitatu ad ædem Latera-

nenſem Ludouicus II. Imperator, qui aderat, ſtapedem tenuit, donec Pontifex, equum conſcenderet, eius equũ fræno duxit, & quantum teli iactus ſe extendit, ſtratorem ſe exhibuit. *Anaſtaſius S. R. E. Biblioth. in Nicolao I.*

859. In Gallijs primum hoc anno Collegia, ſeu ſeminaria erecta ſunt; in quibus Iuuenes Clerici congregati ab eruditis magiſtris, non ſolùm ad humanioris vitæ cultum, ſed ad Sacroſancta etiam Eccleſiæ munia erudirentur; hinc ortum *Concil. Trid. cap.* 18. *ſeſſ.* 23. de erigendis Collegijs pro puerorum educatione. Vide *Concil. Rom. ſub Eugenio II. Concil. Pariſien. ſub Greg. IV. Concil. Lateranen. ſub Leone X. Concil. Colonien. Auguſten., Moguntinum, & Treuiren. ſub Paulo III.* & alia plura apud *Rives in Epitome*

Canonum, *Vide Clericus*.

861. Ad componendum diſsidiũ de Conſtantinopolitana Sede inter Photium, & Ignatium ad preces Michaelis Imperatoris Legati Roma à Pontifice Nicolao I. miſsi, non vt definirent, ſed vt referrent, Apoſtolicæ Sedis auctoritate dirimendum, per vim, & metum in partes Photij, qui è Sede Conſtantinopolitana Ignatiũ eiecerat, acceſſerunt; nec ante dimiſſum Concilium PP. eſt, quàm Photius Patriarcha C.P. acclamaretur. Hoc Concilium Papa non vniuerſalem, ſed latrocinalem Synodum appellandum cenſuit; non enim explorabantur, ſed extorquebantur Vota PP. qui 318. in eo Concilio fuere. *Anaſtaſius S.R.E. Biblioth. in Nicolao* I. Vide *c. In multis d.* 27. *&* *c. Victor. d.*87.

863. Quinquaginta ſex ſuffraga-

neorum Epiſcoporum Concilio aduocato ex Latio, Campania, ac Hetruria (horum enim conſilio eo temporis in rebus arduis Pontifex vtebatur.) Nicolaus Papa Photium condẽnauit, tum euecto in Orientis Imperium Baſilio poſt interfectum Michaelem, Ignatius in C. P. ſedem eſt reſtitutus, Photius in Monaſterium detruſus. *Anaſtaſius Biblioth. in Nicolao Primo.*

866. Oratores Romã miſſi à Lothario Galliarum Rege, qui Connubij lege violata pro vxore pellicem aſciuerat, & Concilio Epiſcoporum Metis habito pellicem pro Regina habere ſtatuerat, dicti ſunt à Nicolao Papa I. non Metenſis Concilij, ſed Metenſis poſtribuli oratores, tùm Regi excommunicationis ſententiam, Epiſcopis dignitatis, ac Sedis iacturam,

ram, ni reſipiſcerent, minatur. *Anaſtaſius S.R.E.Bibl.loc.cit. Sigon.de Reg. Ital.lib.5.fol.206.*

865. Hoc anno tintinnabula, æneum Inſtrumentum, (Campanas vocant,) quia Nolę in Campania ad Populum in Eccleſiam conuocandum Paulinus Epiſcopus Nolanus Primus induxerat, Vrſus Venetorum Dux Conſtantinopolim ad Orientis Imperatorem tranſmittit. *Baron.ad An. 865.ex Decreto Concilij Colonien.II.p.3. cap.*31. Campanas non niſi à Clericis ſuperpelliceo indutis pulſari cautum fuit; Obſeruari hoc decretum ſua in Dioeceſi Mediolanen. S. Carolus Archiepiſcopus iuſſit. Campanarum benedictio à *I*oanne *XIII.* primum introducta legitur apud *Baronium ad Annum 968.* Vide *Conſtitut. Leonis X. Anno* 1518.*&* *Decr. S.Congreg.Rit.* 19.

Febr.

Digitized by Google

Febr. Anno 1608. Extat Latini Poetæ elegans diſtichon apud *Dominicum Magri in ſua notitia Vocab.*Eccl.

Os mihi sẽper hians, & pendens ferrea lingua eſt,
Vox eſt nulla, niſi prodita verberibus.

868. Adrianus *II.* Papa, qui Leone *I*V. dein Benedicto *III.* defunctis, Pontificatum, quem cæteri Mortales ſumma contentione perſequuntur, reluctando effugerat, nunc inuitus aſſumere cogitur, actumque eſt ſub eo Concilium C. P. Oecumenicũ V*III.* in quo rata eſt habita condemnatio *P*hotij, & alia plura pro ſartatecta tuenda Eccleſiaſtica diſciplina ſalubriter inſtituta ſunt. *Sigonius de Reg. Ital. lib.* 5. *fol.* 210. *Anaſtaſ. S. R. E. Biblioth. in Adriano II.* Vide *cap. Adrianus. diſt.* 63.

869. Verum cum Legati ab Adriano II. miſſi, vt generalia comitia indi-

indicerent, Conſtantinopolim eſſent ingreſſi, litteraſquè Adriani Papæ Imperatori Baſilio exhibuiſſent, aſſurrexit ille, & litteras manu, ac oſculo venerabundus amplexus eſt. *Rinald.Hiſt.Eccl.*

Cum ad hoc Concil.C.P.V*III.* acceſſiſſet Photius Paſtorali innixus baculo, exclamauit protinùs Marinus vir ſanctiſſimus; *Excutite baculum è manu eius, baculus enim dignitatem paſtoralem indicat, qua hic dignus non eſt, lupus eſt enim, non paſtor*; Deindè *P*hotium ſua in perfidia contumacem proſcripſerunt *PP.* ſententia Chriſti ſanguine è calice ſtillato exarata; quod etiam in condemnatione *P*yrrhi vſu veniſſe. *Baron.ad Ann.*648.referre diximus.

873. Ioannes *P*apa V*III.* Ludouicum Occidentis *I*mperatorem à *I*uramento, quo Aldegiſio Beneuentano

tano Comiti obſtrinxerat; promiſeratque, ſe nunquam Beneuentanum agrum armis inuaſurum, abſoluit, Concilio *PP.* habito; tum iunctis armis in Corſicam *I*nſulam fugat, propellitque. *Sigonius de Reg. Ital. lib.*5. *fol.*213.

874. Abdila Saracenorum *P*rinceps Salernum obſidet, direptis ſuburbijs in SS. Fortunati, Caij, & Autes Templo propè Vrbis mænia degere, dum Vrbs expugnaretur, ſtatuerat, tum in ipſo Altari contemptus cauſa parato ſtrato, raptam Virginem violare aggreditur; ſed ſubito lapſu trabs è laquearibus, tectoquè ruens Abdilam proſtrauit, inuiolata manente puella. *Baron. ad hunc Ann.*

875. 876. Ludouico *II. I*mperatore extincto, nulla ei maſcula prole ſuperſtite, non modò Ludouicus Ger-

maniæ

maniæ Rex, & Carolus Caluus Galliarum Rex, vterque Ludouici *I*mperatoris frater, ſed & Italiæ Reguli ad Romanum Imperium aſpirant. At *I*oannes V*III*. Summus *P*ontifex, anteriorum *P*ontificum exempla ſecutus, Carolo Gallorum Regi Romani *I*mperij inſignia Romæ primò, tum Ticini conſeſſu *PP*. aduocato contulit; deniquè *P*otigonis in Gallia per Leonem ex fratre nepotem, alioſquè claros delegatos Antiſtites confirmauit: Odia ob id in Romanum *P*ontificem excitata. *Aimon. lib. 5. c. 35.*

878. Propagata de Romano *I*mperio contentione inter Ludouicum filium, cui linguę impedimentum Balbi cognomen dederat, & Carolomanum Germaniæ Regem, cum *I*oannes *P*apa Ludouici cauſam foueret, ab *I*taliæ Regulis capitur, vinctuſque deti-

Digitized by Google

detinetur; Clerici Ioanni adhærentes aut cæſi, aut verberibus afflictati. Verum Ioannes è cuſtodia elapſus in Gallias confugiens, ibiquè honorificentiſſimè exceptus, Ludouico Romani Imperij inſignia confirmat, tum Albertum, Lampertum, & Formoſum Portuenſem Epiſcopum coniurationis in eum Auctores excommunicationis gladio perſtringit. *Aimonius in Hiſtor. Francorum. Sigon. de Reg. Ital. lib. 5. pag. 219.*

879. Ad preces Baſilij Orientis Imperatoris Photius Patriarcha C. P. Eccleſię reſtitutus à Ioāne Papa VIII. vix elapſo anno reuerſus eſt, tanquam canis ad vomitum, multa contra Nicolaum, & Adrianum Pontifices, à quibus motus gradu fuerat, contra Latinam Eccleſiam, Diuinitatemque Spiritus Sancti oblocutus. *Baronius ad hunc Annum.*

Hoc

Digitized by Google

880. Hoc anno ſacra, quæ Hebraico, Græcouè, aut Latino idiomate peragi fas erat, ad preces Methodij Morauorum Apoſtoli conceſſit *I*oannes *P*apa, vt Illyrico quoque ſermone expromerentur. *Baronius ad hunc Annum.*

883. Adrianus *III.* Summus *P*ontifex initio *P*ontificatus ſtatim ad *P*opulum, Clerumque retulit, ne in poſterum in eligendo Romano *P*ontifice *I*mperatoris, vel cuiuſuis ſæcularis *P*rincipis partes vllæ forent. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 6. fol.* 224. Vide *cap.* Ego *Ludouicus & cap. Tibi Domino. diſt.* 63.

885. Sanctitas *P*ontificia miraculo comprobata eſt; nam cum nulli eſſent Romæ è Cęlo imbres, qui campos fæcundarent, imò in campis exortæ locuſtæ, quæ, ſi quid enatum foret, deuaſtarent, orante, & preces ad Deum

fun-

Digitized by Google

ſundente Stephano *P*apa V. affatim dederunt Cœli pluuiam ; tum *P*ontifex agros , villas luſtrali aqua leuiter aſpergit ; nec ex eo die locuſtarum aginen Romanis agris infenſum fuit ; haberi in Vaticano Cod. *Baronius ad hunc Annum* refert .

Hic *P*ontifex Anberto Epiſcopo Maguntino reſpondens , purgationem , quæ candenti ferro, aut feruenti aqua fiebat, ſuſtulit . Vide *cap.Conſuluiſti.2.q.*1.

886; Leo IV. in Oriente *I*mperator , qui Baſilio ſucceſſerat , turbatorem Orientis Photium in carcerem detruſit , vbi obſcuram , ignobilemque vitam agens paulo poſt extinguitur . Vide vetuſtum Cod. non ſolum in Vaticana,ſed etiam in Columnenſi Biblioth.aſſeruatum , vbi verè, & ſincerè de cauſa Photij , exploſis Græco-

rum

rum mendacijs, diſſeritur.

890. Alanus Britonum Princeps prælio cum Northmannis inito, cum propè victrix inſtaret hoſtium acies, precibus ad Deum fuſis, votiſque Diuo Petro nuncupatis, profligauit Northmannorum acies, tum decimam bonorum omnium partem D. Petro, & Romanæ Eccleſiæ addixit. *Abbas Rhegino in Chron.* ſcribit.

892. Formoſus Papa cùm in ea ſemper fuiſſet opinione, etiam antequam Summum Pontificatum adiret, vt ad Italici ſanguinis Principes Imperium Romanum deferretur, hoc anno Vidonem Spoleti Ducem Imperatorio titulo, & Inſignibus auget, & vt hoc ratum, firmumque ſtaret magis, Concilio Epiſcoporum ex *I*talia, & Gallia conuocato, etiam Lamperto Vidonis Filio Imperatoria Co-

Digitized by Google

rona impoſita *I*mperij conſortem, & collegam adiungit. *Luitprandus Ticinen. ſeu Cremonen. Epiſcopus in ſex lib. rerum ab Imperat.geſt.* ſcribit.

897. Stephanus Papa *VII.* dictus *VI.* Acta Formoſi *Prædeceſſoris* ſui geſtaquè omnia abrogauit, & in ipſius quoque corpus exanime ſæuiens, è tumulo extrahi iubet, & cumulatum ludibrijs in Tyberim proijci, ſed repertum poſtea à *Piſcatoribus*, Vrbique redditum, cum Sacræ Vaticanæ ædi inferretur, ſacras *I*magines venerabundas illud ſuſcipere viſas, ſcriptores eius temporis referunt. *Ita Sigonius de Reg. Ital. lib.6. fol.233. Platina in Stephano VII.* Sed fabuloſam eſſe hanc Sigonij, & *Platinæ* narrationem, *Panuinius in Stephano VI. Victorellus in Addit.* notant, & quidem meritò, quando in mortuos ſæuire

nè

nè dum à Chriſtianis inſtitutis, ſed etiam ab humanitate ipſa abhorret.

910. Anaſtaſius IV. *P*apa rogatu Berengarij Longobardorũ Regis Epiſcopo *P*apienſi, ius adhibendę Vmbellę, equo albo vehendi, Crucis pręferendæ, & in Concilio à lęua *P*ontificis aſſidendi conceſſit. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 6. fol.* 247.

915. Saraceni è Campania, vbi per 40. fermè annos tenuerunt ſedem, in Latium progreſſi, depopulabantur Romanos agros, oppida, Villas, cum *I*oannes *P*apa X. ſacrificijs, ſolemnibuſque precibus Deum precatus in aciem copias educit, expleuitquè Pontificis iuxtà, ac Ducis egregiè munera; fugauit enim, fuditque hoſtes ad Garilianum vſque inſecutus. *Platina in Ioanne* X. Hanc Chriſtianorum victoriam menſe Auguſto reportatam

Digitized by Google

Scriptores tãti faciunt, vt SS. Apoſtolos Petrũ, & Paulũ in ijs prælijs conſpectos eſſe, prodant. *Sig. de Reg. Ital. l. 6. f.* 248.

921. Nuptias quartò iterare olim apud Græcos prohibitum ſub excommunicationis poena, in Eccleſia Latina non recipitur, quia nullum terminum connubijs præfigit. Vide *cap. Aperiat. cap. Quòd ſi. cap. Deus.* 31. *q.* 1. Imò *D. Hieron. lib.* 1. *contra Iouinianum*, & in Epiſtolis ſcribit, nouiſſe ſe mulierem, quæ 22. viros extuliſſet; virum contrà, qui vni, & 20. vxoribus ſuperfuiſſet.

925. In Gallia nouo, & inaudito exemplo puer quinquennis Aquitaniæ Comitis filius infantili ætate, Rhemenſi Epiſcopatu augetur, ſed ei Abbate Suuenienſi Epiſcopo in Epiſcopalem curam, & ſollicitudinem dato Ioannem Papam X. mouit, vt eam electionem ratã haberet. *Frodoardus in*

Hiſt.

Digitized by Google

Hiſt.Rhem.lib.4.cap.17. Licèt enim ad Epiſcopatum ætas 30. Annorum omninò requiratur, vt habetur *cap.Cum in cunctis de elect. & cap.Epiſcopus. d.77.* & eſt definitum *in Concilio Agathenſi cap.17. in Concil. Arelat. III. c.3.* tamen poteſt Summus Pontifex diſpenſare ex grauiſſima neceſſitate, nam ijdem Rhemenſes ciues Anno 466. S. Rhemigium ętatis an.22. habuerunt Epiſcopum. Rodericus Borgia anno ętatis ſuę 25. Archiepiſcopus Valentinus à Calixto III. declaratus fuit, poſteà S. Pontifex Alexander VI. dictus An. 1492. Pius V. Alphonſum S.R.E.Car. Carafam an. ætatis ſuæ 19. ad Archiepiſc. Neapolitanum promouit. Theophylactus Patriarchatui C. P. fuit admotus anno ætatis ſuæ 16. Paulus V. Ferdinandum Card. S.R.E. Infantem Hiſpaniarum ad Archiepiſcopatum

Tolet. promouit anno ætatis ſuæ 11.

938. Ramirus Rex ex Arabis opimam reportauit victoriam precibus aſſecutus Angelorum militiam, caſtra Regis præeuntium, cælique ope diſſipauit hoſtes *Bar. ad hunc An.* eo die ſolem paſſum deliquium, & obtenebratũ refert *Mariana Hiſt. Trip. l.8. c.5.*

959. D. Matthęi corpus ex humi latebris eodem Apoſtolo per ſpeciem edocente enituit, & quidem ex Aethiopia in Bythiniam, & ex Bythinia hoc anno in Italiam delatum Salernitani Ciues læto vultu, ſummis honoribus exceperunt. *Leo Oſtien. in Chron. lib.2. cap.5.* refert.

960. *I*oannes *P*apa XII. licèt ſatis *I*uuenis Pontifex fuiſſet electus, virum ſe tamen oſtendens ad comprimendam Berengarij Tyrannidem, Othonem ex Germania aduccat, Im-

peria-

perialem coronam pollicetur per Oratores, & Legatos, in quorum manu iureiurando ſe obſtrinxit Otho, non niſi ſe Romani Pontificis, Romanæque Eccleſiæ Tutelarem futurum; Extat iuris iurandi forma apud Gratianum diſt. *63. cap. Tibi Domino*. Inde mos inoleuit, vt electus Rom. Imperator cum ſtatuerit Vrbem petere ad Imperiale diadema accipiendum, primò conueniat cum Romano Põtifice de modo, & tempore intrandi per Oratores, & Nuntios, deinde cum nouerit Pontifex Italiam intraſſe, mittit illi obuiam duos legatos à latere, qui illum conueniant, antequã Terras R. E. ingrediatur, ab illoque exigant iuramentum eadem iurandi forma, qua Otho olim iurauit. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 6. fol.* 270.

Hic eſt ille Otho, qui Albertum

Digitized by Google

Canuſij Comitis filiũ Marchionẽ Ateſtis fecit, vndè Sereniſs. Atheſtenſiũ familiæ, ſeù Eſtẽſium celebre nomen.

962. Otho cognomento Magnus Primus ex Germaniæ Regibus Occidentalis Imperator eſt dictus à Ioanne Papa XII. Imperatorijs inſignibus decoratus, memorandum illud in Rom. Eccleſiam contulit beneficium, quòd omnia Oppida, Pagos, Villas, quæ Pipini Regis, ac Magni Caroli Pietate Romanę Eccleſiæ obuenerant, ſed varijs Romanarũ rerum caſibus, noui inſurgẽtes in Italia Reges interuerterant, reddi, ac reſtitui nouo decreto ſanxit. Exemplar Imperialis Diplom. in Arce S. Angeli aſſeruatur, ſed eius formalia verba per extenſum ex fide refert *Sig. de Reg. Ital. l. 7. f.* 277.

968. Hoc annò Capuanum Antiſtitem Metropolitani Iure fungi, ſan-

ſanxit Ioannes Papa, Archiepiſcopi quoque Titulo decorauit; nec vlla alia eſt in toto Neapolitano Regno, vt Cardinalis Baronius notat; Archiepiſcopalis Sedis vetuſtior origo. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 7. fol. 279.*

969. Romæ Othonis Imperatoris Cubicularius, & Comes ſæpe à Demoniaco vexatur ſpiritu; cum ſe ipſum dentibus dilaniaret, ad catenarũ rum D. Petri contactum liber, ac immunis redditur; exciuit id Metenſem Epiſcopum, qui præſens miraculo interfuit, vt à Ioanne Pontifice catenarum anulum impetraret, quem in Gallias delatum in Templo D. Vincentij aſſeruari ſcribit. *Sigibertus in Chronico.*

970. Hoc ſæculum ſummæ infelicitatis notatur *à Cardin. Bellarmino in Chron.* quòd in eo nulli Scripto-

res illuſtres, nulla Concilia; Pontifices parum ſolliciti de Chriſtiana Republica fuerint, ſed Diuina prouidentia factum eſt, vt nullæ quoque hæreſes exorirentur.

973. Otho Magnus in die Pentecoſtes cum eſſet Imperatorijs inſignibus redimitus, & Epiſcoporum, ac Principum cateruis vndique cinctus repentè, vt à filio multo ante ei denunciatum fuerat, morte ſublatus eſt. *Sigonius de Reg. Ital. fol.* 248. *ex Petro Damiano* eius temporis Scriptore refert.

986. Gregorium Papam V. ex Othonis ſtemmate in ſummum Pontificem electum, Creſcentius Conſul antiquæ Romanæ libertatis aſſertor, propellit, & Ioannem Philagathum Romanæ Sedi imponit: Verùm Otho III. ingenti comparato exercitu

tu Romam aggreditur, nequicquam obſiſtentibus Creſcentij viribus, qui Hadriani Molem in Arcis formam redactam munierat; Vrbem capit, Pſeudo Pontificem luminibus, & vita priuat, Creſcentium vltimo ſupplicio perimit, tum Greg. V. firmato ſibi per Othonem Pontificatu, meritũ remunerans, illum Imperiali corona auget; & quia nullus ei erat ſuperſtes filius, ſeptem viros deputauit, qui Germanum Imperatorem eligerent, duratque adhuc mos iſte, ſolummodo aliquot veteribus illis alij ſubrogati Germaniæ Principes.

Ciaconus & Panuinius hic non à Greg. V. ſed à Greg. X. electores Romani Imperij inſtitutos contendunt, ſed illos decipi, quia ſecutos errorem *Auentini Hæretici lib. 5. Annal. Boiorum*, & cum *Platina* potius ſentiẽdum, qui

inſti-

inſtitutionem eiuſmodi Gregorio V. adſcribit, probant *Card. Baronius ad An. 996. Bellarm. lib. 3. de Tranſlatione R. I. Victorellus bis in Addit. ad Vitam Greg. V.*

Otho *III.* Imperator dolo, ac mendacio deceptus Comitem Mutinenſem, qui adulterij inſimulabatur, inſontem occidit: tum, veritate comperta, Auguſtam doli machinatricem, flammis donat, ac perimit; Tragicũ factum Gothifredus Viterbien. carminibus expreſsit, ac ſcena repræſentauit. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 7. fol. 299.*

998. Roberti Francorum Regis adulterinis, inceſtiſque nuptijs cum Berta cognata, & affine monendo, increpandoquè obſtitit Rom. *Pontifex* per Legatos, & Nuntios, ſed perſiſtentem in ſcelere Regem, Gallicanæ

Eccle-

Eccleſiæ *PP*. excõmunicationis ſententiam feriunt, adiguntque Regem intra legitima Connubij iura ſtare, reuocata Conſtantia vxore Arelatenſis Comitis filia. *Petrus Damiani epiſt. ad Deſiderium*, *Helgaldus Floriacenſis Monachus* ſcribunt.

999. Gregorio V. Gerbertus natione Gallus humili loco, & tenui fortuna natus Monachus S. Benedicti Archiepiſcopus Rauennas ſubrogatur, & Syluester II. dicitur; eius in Romanum Pontificatum euectio eò eſt admirabilior, quòd non ſolùm Ioanni Papæ, ſed Romanis alijs Pontificibus; Romanæ ipſi Sedi fuerat infenſus: Hinc vera falſis commiſcens fama tulit, eum magicis artibus ad Pontificatum aſcendiſſe, & conſulto Dæmone de eius Pontificatus ſpatio, accepiſſe reſponſum in hæc verba. *Si*

non

non attigeris Hieruſalem, diù viues. Ergo, vt longè ſe à fatali die teneret, nunquam muros Vrbis eſt egreſſus. Verùm quartum poſt annum, dum in Templo S. Crucis ad Hieruſalem ſacra faceret, ſenſit, ſe vi morbi corripi, ac tum quidem fatalem ſibi horam, & locum intelligens, errata multis cũ lachrymis deteſtans, detexit magicarum artium dolos, ſubitoquè exſpirauit.

Bennonem Card. qui Clementis adulterini Pontificis partes fouit, 80. poſt annum hæc ſcripſiſſe notat *Card. Baronius*; à Benone ſumpſit *Platina*, addiditque aniles fabulas, ex Syluestri tumulo, ac ſepulchro morituri Pontificis hodièquoque ſigna dari oſsium colliſione, ac enaſcente è tumulo ſudore. Verùm omnia, quæ indecora, & minus decentia de Sylueſtro narran-

rantur, fabuloſa eſſe *Ciaconius*, & occaſionem fabulæ dediſſe, quòd Syluester in Mathematicis diſciplinis eſſet apprimè verſatus, oſtendit; cùm *Ciacono* ſentiunt *Panuinius*, *Vgonius Coquæus*. *Bzouius pecul. libello edito Romæ Anno* 1628.

1000. Otho III. Imperator Beneuentana Vrbe capta S. Bartholomęi corpus inde abreptum Romam detulit, ad Tyberis Inſulam in erecto à ſe Templo in honorē S. Adalberti Martyris condidit. At Beneuentanos, ne tanti orbati decore manerent, pellem retinuiſſe, ex *Sigiberti Chron.* habetur. *Sigon. lib. 3. de Reg. Ital. lib. 7. fol.* 302. S. Martini, non S. Bartholomæi oſſa ſublata, ſcribit. Verùm *Card. Baronius* pluribus probat, vtriuſquè Sancti oſſa Romam fuiſſe ab Othone tranſlata, & An. 1157. inundatione Tybe-

ris

ris ſecuta, in Eccleſia inuentum fuiſſe, corpus integrum Sancti Bartholomęi, excepto Corio, ex fide refert; extant hac de re æreæ tabulæ iuxta S. Corpus tunc inuentæ.

HOMO-

Digitized by Google

HOMOLOGHIA SEV CONSENSVS

Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cùm ſacris Canonibus, Concilijs &c.

PARS SECVNDA.

1000.

AD milleſimum Chriſti annum ſubſiſtere pauliſper me cogit *fatalis hic* numerus, qui in mille plane opiniones, aut errores humana ſcidit ingenia, in Apocalypſi enunciatus ſiue de Sathana in vinculis retinendo, ſiue de Sanctis cum Chriſto regnaturis; nec defuerunt ex Hæreticis pſeudoprophetæ, qui inde Romanæ Eccleſiæ poſt mille à ſuo initio an-

Digitized by Google

ris ſecuta, in Eccleſia inuentum fuiſſe, corpus integrum Sancti Bartholomęi, excepto Corio, ex fide refert; extant hac de re æreæ tabulæ iuxta S. Corpus tunc inuentæ.

HOMO-
Digitized by Google

HOMOLOGHIA
SEV
CONSENSVS

Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cùm ſacris Canonibus, Concilijs &c.

PARS SECVNDA.

1000.

AD milleſimum Chriſti annum ſubſiſtere pauliſper me cogit *fatalis hic* numerus, qui in mille plane opiniones, aut errores humana ſcidit ingenia, in Apocalypſi enunciatus ſiue de Sathana in vinculis retinendo, ſiue de Sanctis cum Chriſto regnaturis; nec defuerunt ex Hæreticis pſeudoprophetæ, qui inde Romanæ Eccleſiæ poſt mille à ſuo initio an-

Digitized by Google

Canuſij Comitis filiũ Marchionẽ Ateſtis fecit, vndè Sereniſs. Atheſtenſiũ familiæ, ſeù Eſtẽſium celebre nomen.

962. Otho cognomento Magnus Primus ex Germaniæ Regibus Occidentalis Imperator eſt dictus à Ioanne Papa XII. Imperatorijs inſignibus decoratus, memorandum illud in Rom. Eccleſiam contulit beneficium, quòd omnia Oppida, Pagos, Villas, quæ Pipini Regis, ac Magni Caroli Pietate Romanę Eccleſiæ obuenerant, ſed varijs Romanarũ rerum caſibus, noui inſurgẽtes in Italia Reges interuerterant, reddi, ac reſtitui nouo decreto ſanxit. Exemplar Imperialis Diplom. in Arce S. Angeli aſſeruatur, ſed eius formalia verba per extenſum ex fide refert *Sig. de Reg. Ital. l. 7. f. 277.*

968. Hoc annò Capuanum Antiſtitem Metropolitani Iure fungi,

ſan-

Digitized by Google

ſanxit Ioannes Papa, Archiepiſcopi quoque Titulo decorauit; nec vlla alia eſt in toto Neapolitano Regno, vt Cardinalis Baronius notat; Archiepiſcopalis Sedis vetuſtior origo. *Sigon. de Reg. Ital. lib. 7. fol. 279.*

969. Romæ Othonis Imperatoris Cubicularius, & Comes ſæpe à Demoniaco vexatur ſpiritu; cum ſe ipſum dentibus dilaniaret, ad catenarũ rum D. Petri contactum liber, ac immunis redditur; exciuit id Metenſem Epiſcopum, qui præſens miraculo interfuit, vt à Ioanne Pontifice catenarum anulum impetraret, quem in Gallias delatum in Templo D. Vincentij aſſeruari ſcribit. *Sigibertus in Chronico.*

970. Hoc ſæculum ſummæ infelicitatis notatur *à Cardin. Bellarmino in Chron.* quòd in eo nulli Scripto-

res

res illuſtres, nulla Concilia ; Pontifices parum ſolliciti de Chriſtiana Republica fuerint, ſed Diuina prouidentia factum eſt, vt nullæ quoque hæreſes exorirentur.

973. Otho Magnus in die Pentecoſtes cùm eſſet Imperatorijs inſignibus redimitus, & Epiſcoporum, ac Principum cateruis vndique cinctus repentè, vt à filio multo ante ei denunciatum fuerat, morte ſublatus eſt. *Sigonius de Reg. Ital. fol.* 248. *ex Petro Damiano* eius temporis Scriptore refert.

986. Gregorium Papam V. ex Othonis ſtemmate in ſummum Pontificem electum, Creſcentius Conſul antiquæ Romanæ libertatis aſſertor, propellit, & Ioannem *P*hilagathum Romanæ Sedi imponit : Verùm Otho III. ingenti comparato exercitu

tu

tu Romam aggreditur, nequicquam, obſiſtentibus Creſcentij viribus, qui Hadriani Molem in Arcis formam, redactam munierat; Vrbem capit, PſeudoPontificem luminibus, & vita priuat, Creſcentium vltimo ſupplicio perimit, tum Greg. V. firmato ſibi per Othonem Pontificatu, meritũ remunerans, illum Imperiali corona auget; & quia nullus ei erat ſuperſtes filius, ſeptem viros deputauit, qui Germanum Imperatorem eligerent; duratque adhuc mos iſte, ſolummodo aliquot veteribus illis alij ſubrogati Germaniæ Principes.

Ciaconus & Panuinius hic non à Greg. V. ſed à Greg. X. electores Romani Imperij inſtitutos contendunt, ſed illos decipi, quia ſecutos errorem *Auentini Hæretici lib. 5. Annal. Boiorum*, & cum *Platina* potius ſentiẽdum, qui

inſti-

Digitized by Google

inſtitutionem eiuſmodi Gregorio V. adſcribit, probant *Card. Baronius ad An. 996. Bellarm. lib. 3. de Translatione R. I. Victorellus hic in Addit. ad Vitam Greg. V.*

Otho *III.* Imperator dolo, ac mendacio deceptus Comitem Mutinenſem, qui adulterij inſimulabatur, inſontem occidit; tum, veritate comperta, Auguſtam doli machinatricem, flammis donat, ac perimit; Tragicũ factum Gothifredus Viterbien. carminibus expreſsit, ac ſcęna repræſentauit. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 7. fol. 299.*

998. Roberti Francorum Regis adulterinis, inceſtiſque nuptijs cum Berta cognata, & affine monendo, increpandoquè obſtitit Rom. *Pontifex* per Legatos, & Nuntios, ſed perſiſtentem in ſcelere Regem, Gallicanæ

Eccle-

Eccleſiæ *PP*. excõmunicationis ſententiam feriunt, adiguntque Regem intra legitima Connubij iura ſtare, reuocata Conſtantia vxore Arelatenſis Comitis filia. *Petrus Damiani epiſt. ad Deſiderium*, *Helgaldus Floriacenſis Monachus* ſcribunt.

999. Gregorio V. Gerbertus natione Gallus humili loco, & tenui fortuna natus Monachus S. Benedicti Archiepiſcopus Rauennas ſubrogatur, & Sylueſter II. dicitur; eius in Romanum Pontificatum euectio eò eſt admirabilior, quòd non ſolùm Ioanni Papæ, ſed Romanis alijs Pontificibus; Romanæ ipſi Sedi fuerat infenſus: Hinc vera falſis commiſcens fama tulit, eum magicis artibus ad Pontificatum aſcendiſſe, & conſulto Dæmone de eius Pontificatus ſpatio, accepiſſe reſponſum in hæc verba. *Si*

non

Digitized by Google

non attigeris Hieruſalem, diù viues. Ergo, vt longè ſe à fatali die teneret, nunquam muros Vrbis eſt egreſſus. Verùm quartum poſt annum, dum in Templo S. Crucis ad Hieruſalem ſacra faceret, ſenſit, ſe vi morbi corripi, ac tum quidem fatalem ſibi horam, & locum intelligens, errata multis cũ lachrymis deteſtans, detexit magicarum artium dolos, ſubitoquè expirauit.

Bennonem Card. qui Clementis adulterini Pontificis partes fouit, 80. poſt annum hæc ſcripſiſſe notat *Card. Baronius*; à Benone ſumpſit *Platina*, addiditque aniles fabulas, ex Syluestri tumulo, ac ſepulchro morituri Pontificis hodiè quoque ſigna dari oſsium colliſione, ac enaſcente è tumulo ſudore. Verùm omnia, quæ indecora, & minus decentia de Syluestro narran-

rantur, fabuloſa eſſe *Ciaconius*, & occaſionem fabulæ dediſſe, quòd Syluester in Mathematicis diſciplinis eſſet apprimè verſatus, oſtendit; cùm Ciacono ſentiunt *Panuinius*, *Vgonius Coquæus*. *Bzouius pecul.libello edito Romæ Anno* 1628.

1000. Otho III. Imperator Beneuentana Vrbe capta S. Bartholomęi corpus inde abreptum Romam detulit, ad Tyberis Inſulam in erecto à ſe Templo in honorē S. Adalberti Martyris condidit. At Beneuentanos, ne tanti orbati decore manerent, pellem retinuiſſe, ex *Sigiberti Chron.* habetur. *Sigon. lib. 3. de Reg. Ital. lib. 7. fol.* 302. S. Martini, non S. Bartholomæi oſſa ſublata, ſcribit. Verùm *Card. Baronius* pluribus probat, vtriuſquè Sancti oſſa Romam fuiſſe ab Othone tranſlata, & An. 1157. inundatione Tybe-

ris

ris ſecuta, in Eccleſia inuentum fuiſſe, corpus integrum Sancti Bartholomei, excepto Corio, ex fide refert; extant hac de re æreæ tabulæ iuxta S. Corpus tunc inuentæ.

HOMO-

Digitized by Google

HOMOLOGHIA SEV CONSENSVS

Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cùm ſacris Canonibus, Concilijs &c.

PARS SECVNDA.

1000.

AD milleſimum Chriſti annum ſubſiſtere pauliſper me cogit *fatalis hic* numerus, qui in mille plane opiniones, aut errores humana ſcidit ingenia, in Apocalypſi enunciatus ſiue de Sathana in vinculis retinendo, ſiue de Sanctis cum Chriſto regnaturis; nec defuerunt ex Hæreticis pſeudoprophetæ, qui inde Romanæ Eccleſiæ poſt mille à ſuo initio an-

nos præſagierint excidium, ac ruinam. Sed nedum alia multa tempus ipſum falſitatis arguit huiuſmodi genus diuinationes. Ecce iam ſeptimum ſupra decimum enumerat ſæculum ętatis, & gloriæ, nec dubitare fas eſt, niſi cum orbe deſituram, ſemperquè contra Hęreſes omnes præualituram. Ad filum igitur redeo, & quod reliquũ eſt, eiuſdem Hiſtoriarum conſenſum cum ſacris Canonibus, Concilijs, &c. retexo.

1001. Deprauati hominum mores diuinam adeo prouocarunt iram, vt præeunte cometa Kalendis Ianuarij, quæ prima vertentis anni dies fuit, Peſtis, Fames, Terræmotus, aliaque huiuſmodi calamitates toto orbe terrarum graſſarentur. *Dithmarus*, *&* *Glaber eius temporis ſcriptores* ex fide referũt.

1002. Vix ex Vrbe diſceſſerat Otho

Digitized by Google

tho III. Imperator, ac in Paternum vicinum oppidum conceſſerat, cum ſenſit lethiferi veneni vim ex chirothecis ſibi ab Amaſia (quæ erat Romani Conſulis filia) donatis, cum enim fide, qua eam ſibi deſponſandi in vxorem, ſe obſtrinxerat, fœde frangere decreuiſſet, in ludibrio amoris mortem inuenit, mirando poſteris veſanæ libidinis exemplo relicto. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 7. fol.* 302.

1004. Petrus Albanenſis Epiſcopus vulgo Buccaporcus, vt turpe nomen aboleret, & ſimul ne eodem ſancti Petri Principis Apoſtolorum nomine Pontifex creatus appellaretur; demum vt antiquam conſuetudinem, qua Pontifices in eorum cõſecratione exemplo S. Petri, qui in Pontificatu nouum fuerat ſortitus nomen, (ideſt Cæphas); Sergius IV. eſt dictus. *Dith-*

marus lib.6.& Victorianus codex. Verum aliter hãc mutandi nominis conſuetudinem deriuant *Platina*, *Panuin.* & *Genebrardus in Chron.* vt infra.

1009. Hieroſolymis hoc anno Tẽplum, vbi Chriſti Ie[illegible] Tumulus, Fidelium vndique concurſu celebre, vni Amurath Babyloniæ Principi inuiſum, ſolo æquatur; nec tamen potuiſſe ſepulcralem vrnam, quam à barbaro furore tegebat Deus, incendi, *Glaber* eius temporis ſcriptor refert.

1010. Annus iſte nobili Vngarorum ad Chriſtum conuerſione nobilitatus eſt; nam cum Rex Giſelam Henrici Regis ſororem eximia ſpecie Virginem coniugio impetrare non poſſet, ni ſacra Chriſtiana ſuſciperet, vltro ad ſacrum Lauacrum acceſsit, ac gentem ſuam pulcherrimi facti imitatione incendit. *Sigonius de Reg. Ital. l.* 8. *fol.* 307.

Dum

Digitized by Google

Dum in Toparchias diuiſi Arabes, ſeu Saraceni Principes, Hiſpaniæ dominantur; & vnus Alphonſus atauis Hiſpanis Regibus ortus, Chriſti fide nitens, Legionenſe regeret Imperium, ſororem ſuã Thereſiam Almaidi Toletano Principi ea conditione deſponderat, vt Saracenorum abiecto cultu, Chriſti fidem profiteretur; Verum ea conditione minimè impleta, acri vi morbi Almaides correptus eſt, ac ſenſit vindicem Dei iram; nec ante ſedata vis morbi, quàm ad Alphonſum Regem multis cum muneribus tranſmiſſa Thereſia eſt. *Card. Baron. S.R.E. Biblioth. ad hunc An.*

1014. Henricus è Bauariæ Ducibus Rex Germaniȩ primo dictus, dein Auguſtalibus à Benedicto Papa VIII. acceptis, priuilegia, & iura omnia à Pipino, Carolo, Ludouico, Othonibus

Digitized by Google

Eccleſiæ Romanæ quondam conceſſa, firmauit. *Sigonius de Reg. Ital. lib.* 8. *fol.*308.

Benedictus Papa VIII. Poſt Gregorium legem tulit vt electus non antea Imperator haberetur, quàm Romanus Pontifex ratam, firmamq; electionem haberet. *Glaber* eius temporis ſcriptor Germanus refert. Vide *c. Imperatorum diſtin.* 19. *c. ſi Imperator c. nunquam, c. Conſtantinus, & c. Inter nos. diſtin.* 93. *c. Venerabilem de elect. c. Vnam ſanctam extra de maior. & obed. c. Paſtoralis extra de ſententia, & re iudicata. Ioannis VIII. epiſt.* 155. 216. *Nicolai I. ep.* 26. *Nicolai V. conſtit.* 4. *Imperator. Concil. Ticinen. ſub Ioanne VIII. Concil. Rom. ſub Ioan. IX.* Verùm cùm Henricus Imperij Coronam à Benedicto VIII. accepiſſet, à Romanis Presbyteris quæſiuit, cur non Romæ, ſicut & alibi

lecto

lecto inter ſolemnia Euangelio ſymbolum Nicenum caneretur. Id ex eo illi profectum dixerunt, quòd Romanam Eccleſiam nulla vnquam hæretica labes infeciſſet, tamen vt Romæ quoq; canendum Symbolum præciperet, eius apud Pontificem monita valuerunt. *Rinald. An. ad hunc An.*

1016. Rex Saracenorum fuſus, fugatuſque ex Italia, & Romana ditione à Benedicto Papa VIII. cum captam Reginam, mortuam accepiſset, furore percitus ad Benedictum cum caſtanearum ſaccis Oratores deſtinat, qui præſentatis, expoſitiſque caſtaneis, totidem armatos Romam aduolaturos nuntiarent: At Benedictus pari arte, verborumque ambage eoſdem ſaccos milio refertos ad Regem remiſit, totidem loricatos pro Romana incolumitate barbaro Regi oppoſiturum ſe

Digitized by Google

promittens. *Baronius ex Dithmaro eius temporis hiſtorico* ſcribit.

1019. Henricus Imperator Romanorum Bambergēſem Vrbem S.R.E. ditioni annuo tributo ſubiecit, equum phaleratum, centumque marchas argenti in annuum tributum perſoluendum legauit, ſed Henrico iuniore imperante pro Bamberga Vrbs Beneuētana Regni Neapolitani eſt ſubſtituta, & commutata; eam commutationem Leo Papa IX. ratam habuit. *Leo Oſtienſis in Chr. Sigonius de Reg. Ital. lib.* 8. *fol.* 331.

1024. Henricus Imperator nō minus bellica gloria, quàm vitæ ſanctitate clarus occumbit; mirum, quòd procul ab vxorio amplexu loco ſororis Auguſtam Chunegundam habuerit, adeo vt, cum poſtremam horam ſibi imminere Cæſar præſenſiſſet, Auguſtę

agna-

agnatis, ac propinquis hiſce planè verbis teſtatum eſſe voluerit. *Accipite, quam tradidiſtis, Virginem veſtram. Leo Oſtienſis in Chron. Sigonius de Reg. Ital. lib. fol.* 313.

1025. Guilielmus Aquitaniæ Dux Angeliacæ Vrbis Templum à Pipino Rege erectum in honorem S. Ioannis Baptiſtæ reſtaurat; S. Præcurſoris caput ex obſcuris latebris enituit, illud enim 300. ante annum Conſtantinus Copronymus ad Pipinum ex Oriente tranſmiſerat. *Fulbertus epiſt.* 85. 86. & *fragmenta Hiſt. Aquitaniæ.*

1026. Burchardus Vormatienſis Epiſcopus Conradi Imperatoris præceptor ſanctitate iuxta, ac doctrina celebris; diſcrepantia Pontificum decreta, & Conciliorum Canones immenſis diſperſa voluminibus in luculentam elegantiam redegit, quæ deinde

Gra-

Gratianus auxit, ac in lucem edidit. *Sigonius de Reg. Ital. lib.8.fol.306. Sigebertus in Chron. & c. 141. de Viris Illuſtribus*.

1027. Ritus canonizãdi viros ſanctitate celebres hoc temporis erat: ex decreto Pontificio, erecto altari ad tumulum S. Viri demortui, preces effundendi, & cæleſtem ab eo opem implorandi, libera facultas fidelibus dabatur; At hodie ſolemniori cultu à Romanis Pontificibus Sanctorum Canoni, & Catalogo inter Miſſarum ſolemnia ſancti Viri adſcribuntur. Vide *Concil. Rom. ſub Ioan. XV. Conc. Chalcedonen. Act.* 11. *c. Audiuimus extra de Reliquijs, & Venerat. SS.*

1029. Ortam controuerſiam inter Gallicanos PP. An Martialis, qui Petri Apoſtoli miſſu anno Domini 75. in Aquitaniam Euangelij lucem intulerat

lerat, Apoſtoli titulo iure in ſacris Faſtis à Lemouicenſi Eccleſia decoraretur, Ioannes Papa XIX. dirimit, definiens, Martiali iure deferri Apoſtoli titulum, quando non ſolum in 12. illos viros, qui primi fuere Chriſti diſcipuli, ſed in Paulum etiam, & Barnabam, alioſque pari prædicationis munere Sanctos, Apoſtolorum nomen eſſe propagatum in Eccleſia Romana pro comperto habebatur. *Glaber Rodulphus in Hiſt. Caſſinen.*

1034. Michael Paphlago Orientis Imperator dœmoniaco arreptus ſpiritu ex formoſiſſimo Iuuene enormiſſimus euaſit; ſic Deo iuſtè vindicante crudele facinus Zoe Imperatricis, quæ proprio viro veneni potione adempto, Michaeli formoſiſſimo nupſerat: erat autem Michael ex Patre Argentario, ſeu Mercatore opulentiſſimo in Pa-

phla-

phlagonia natus. *Ioannes Scylitzes Curopalates in ſua Hiſt.*

1041. S. Caſimirus in Cluniacenſi Monaſterio profeſſus, & ſacro Diaconatus ordine initiatus ad nuptias, & regale ſolium ex diſpenſatione Pontificia à Polonis euehitur; ſed tanti beneficij in Regnum Poloniȩ collati Rex memor, idem Regnum S.R.E. ſubijciens ſingulas familias denarium Beato Petro ſingulis annis pendere ſtatuit. *Longinus Canonicus Cracouienſis in Hiſt. Polonica.*

1044. Hoc anno tres ſimul Roma Pontifices vidit. Sylueſter III. in Vaticano; Benedictus XI. in Lateranenſi. Ioannes XXI. in Baſilica Liberiana conſiſtère. Tum Gratianus Presbyter Card. frugi virtutis, vt ſchiſma tam pernicioſum, atque inſolitum amoueret, cum ijs ſuaſiſſet, vt retentis opibus di-

dignitatem Pontificiam abdicarent, dato nouis comitijs loco Pōtifex ſummus renunciatur, & Gregorio VI. appellatur. *Leo S. R. E. Card. Oſtien. & Otho Friſingen. in Chron.*

1046. Nondum ſatis compreſſo ſchiſmate, tribus Pſeudopontificibus retinentibus opes, Gregorio nudam dignitatem exercente; eo amoto, & annuente Sindigerus Bambergenſis Epiſcopus Henrici familiaris, Pontifex ſalutatur, & Clemens II. dicitur, ſed nouem elapſis menſibus non ſine veneni ſuſpicione, acri febri extinguitur; *Hermannus* eius temporis ſcriptor, & *Leo S.R.E.Card.Oſtien. lib.2.c.82.*

1049. Leonis IX. Summi Pontificis ex eo emicuit ſanctitas, quòd cùm leproſum quendam ſuo excepiſset cubili, poſtridiè mane is nuſpiam appareurit, pièque creditus eſt non alius

ab

Digitized by Google

ab ipſo Chriſto Domino, aut cæleſti aliquo ſpiritu fuiſse. *Platina in Leone IX.*

1053. Prælio inito in Agro Beneuentano inter Leonem Papam IX. & Northmannos, victus, captuſque Leo Beneuentum ductus cuſtoditur, & ſimul ſummis obſequijs colitur. *Hermannus Contractus in Chron. & Petrus Damiani* ſcribunt. Dein Romam delatum crebra miracula ad eius tumulum edita inter Diuorum numerum eſse receptum, declarant. *Sigon. de Reg. Ital. lib.* 3. *fol.* 336.

Cum Eccleſia C.P. à Romana propter primatum defeciſſet, ad eam defectionem comprimendam inter alios Legatos Leo Pontifex Fidericum miſit, qui comperta Græcorum pertinacia, Vrbe C. P. egreſſus ſandalia ſua more Apoſtolorum ſuper eos excuſsit,

quo

quo facto tãtum terroris omnibus incuſſit, vt Imperator cum Patriarcha, cum Populo, & Clero poſtridie ſacco, & cinere obuoluti ad Federicum peruenerint,& Apoſtolicam auctoritatem in eo ad terram prolapſi venerati ſunt. *Sigonius de Reg.Ital. l.8.fol.337.*

1054. Vigente adhuc Tuſculanorum Comitum potentia, vt propriam libertatem Romani PP. tutarentur,ab Henrico Imperatore Pontificem Summum expoſcũt; is Gebehardum Aiſtetenſem Epiſcopum ex Bauaria oriundum, Concilio Epiſcoporum Moguntiæ aduocato, deſignat, & in Italiam miſſum Clerus Romanus tanquam Summum Pontificem conſalutat; is Victor II. fuit; & quidem inuitus ab inuito Henrico tanto muneri ſuffectus dicitur, erat enim Imperatori Henrico cariſſimus, ideòque ægrè ab eo diuul-

diuulſus eſt. *Hermannus Contractus in Chron.*

Victoris Legatus Hildebrandus Ebredunenſem Archiepiſcopum ſimoniæ reum, impudenter crimen inficiantem hac arte conuicit; iuſſit eum pronunciare, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto; vbi ab Archiepiſcopo pronunciatum eſſet, *Gloria Patri, & Filio*, quamquam ſæpè conatus, expedire non potuit, *Spiritui Sancto.* quia in nundinatione ſacrorũ ſpeciatim læditur Spiritus Sanctus, eius noxæ particeps expedire non potuit. *Baronius ad An.* 1055.

Iſaacius Comnenus à Populo Imperator Orientis conſalutatur aduerſus Michaelem, Stratioticum dictum, quem cùm aliqui Epiſcopi à Patriarcha C. P. miſſi, vt Imperium lubens abijceret, hortarentur; reſpondit Michael,

Digitized by Google

chael. Et quodnam præmium, ſi abiecero Imperium, conſequar? dixerunt PP. Regnum Cælorum. hoc audito Michael illicò exuit purpuram. *Dion. Rat. Temp. lib. 8. c. 18.*

1058. Tuſculanorum Comitum vi, ac potentia Ioannes Mincius ciuis, & Epiſcopus Velitrenſis Pſeudopontifex eligitur, & Benedictus X. appellatur, ſed Henrico Germaniæ Rege, & Goffredo Hetruriæ Duce adnitentibus, conuentu Senis habito, Gerardus Florẽtinus Fpiſcopus, verus Pontifex denunciatur, & Nicolai II. nomen aſſumpſit. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 9. fol. 342.*

1059. Cum varia hucuſquè pro varietate temporũ Romanorum Pontificum electio fuerit, nunc primùm ex decreto Lateranenſis Concilij Nicolao II. auctore eligendi Summum

Digitized by Google

Pontificem ius ad S. R. E. Cardinales redigitur. Vide c. *In nomine d.25. c.2. de elect. in 6. c. Fundamenta. Concil. Romanum ſub Nicolao II. Concilium Conſtantienſe ſeſſ.40.*

1063. Cum ſacra omnia auri libidine proſtituerentur Florentiæ Epiſcopo id auctore fieri Florentini Ciues criminabantur; ſed cum Petrus Damiani Summi Pontificis Legatus pro Epiſcopo ſtare videretur, Petrus ex clara Aldobrandinorum familia ortus, dein Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis poſt ſacra Miſſarum ſolemnia, ſacerdotali veſte indutus, Crucem manu geſtans, nudis pedibus per medias ingentis rogi flammas incedere non veretur, vt Epiſcopi probaret facinus; Ignei dein nomen conſecutus. Verum Alexander Papa II. Petri facinus increpuit, nefàs dictitans, Deum mi-

raculis

Digitized by Google

raculis pertentare. *Surius in vita Ioannis Gualberti.*

1065. Alexander II. Concilio in Aede Laterana habito S. R. E. Cardinalium, & Epiſcoporum interuentu effrænem licentiam Clericorum, rem fornicariam officium eſſe naturæ dictitantium, repreſſit, Cælibatum aſſeruit. *Sigonius de Reg. Ital. lib.* 9. 347. *Vide c. ex multis* 1. 9. 3. *Canon. Apoſtol. Clem.* 1. *ann.* 93. *Epitome Adriani I. an.* 771. *& plura alia Concilia apud Ribes* V. *Cælibatus Clericorum.*

Ferdinãdus Rex cognomento Magnus claris aduerſus Saracenos victorijs inclytus, cum per nocturnam ſpeciem D. Iſidorus finẽ ei propinquare, nunciaſſet, ad piè, fortiterque moriẽdum ſe accingit; regio ornatu, regia clamyde, aureaque gemmis præfulgẽte redimitus corona Templum adit,

 coro-

coronam, clamydem, regium ornamentum in magna Antiſlitum, Procerumque præſentia ad altare ſuſpendit, & humi ſe proſternens pro clamyde cilicium induit, conſpergitque cinere caput, ea habitudine firmatus, ad mortem triduò poſt, non vt cęteris ferè mortalibus ægro, mærentique, ſed ſereno animo exitus è terris fuit, anno eius Regni 40. *Lucas Tudenſis, & Rodericus Tolet. l. 6. c. 14.*

1069. Ramirus Monachus, & Sacerdos è regio Aragonum ſanguine ex Apoſtolicæ Sedis diſpenſatione matrimonium contrahit, ex quo ſuſcepta filia nupta eſt Raymundo Barcinonę Comiti, qui in Regno ſucceſſit. *Raphael Volateranus lib. 2. Geog. c. vlt.*

1072. Pontificia Sanctitas in Alexandro II. bis emicuit; nam primò Caſſini cùm eſſet, hominem dœmonia-

niacum poſt præcationem diuinam verbo imperioſo liberauit; dein mulierem aqua, qua poſt ſacrificium manus abluerat, potui miniſtrata, maxima cùm adſtantium admiratione curauit. *Sigon. de Reg. Ital.li.9.fol.*353.

Hildebrandus natus Soanæ in Hetruria, & in Cluniacenſi Monaſterio educatus S.R.E. Card. Romani Ponti ficatus veluti arbiter ſemel bis, tertiò ſemper cũ extitiſſet, inſoleſcenti Henrici III. Regis Germaniæ ſacrilegæ audaciæ refrȩnandæ aptus natus, & ſic viſus PP. Summus Pontifex eligitur; Gregorius VII. appellatur. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 9. fol.*353.354.

Cœlibatus lex toties Clericis iniũcta, quia, quà occultis contubernijs, quà apertis coniugijs, non in Italia modò, ſed & in Germania infringebatur, Romæ coacto Concilio firma-

coronam, clamydem, regium ornamentum in magna Antiſlitum, Procerumque præſentia ad altare ſuſpendit, & humi ſe proſternens pro clamyde cilicium induit, conſpergitque cinere caput, ea habitudine firmatus, ad mortem triduò poſt, non vt cęteris ferè mortalibus ægro, mærentique, ſed ſereno animo exitus è terris fuit, anno eius Regni 40. *Lucas Tudenſis, & Rodericus Tolet. l. 6. c. 14.*

1069. Ramirus Monachus, & Sacerdos è regio Aragonum ſanguine ex Apoſtolicæ Sedis diſpenſatione matrimonium contrahit, ex quo ſuſcepta filia nupta eſt Raymundo Barcinonę Comiti, qui in Regno ſucceſſit. *Raphael Volateranus lib. 2. Geog. c. vlt.*

1072. Pontificia Sanctitas in Alexandro II. bis emicuit; nam primò Caſſini cùm eſſet, hominem dœmonia-

Digitized by Google

niacum poſt præcationem diuinam verbo imperioſo liberauit; dein mulierem aqua, qua poſt ſacrificium manus abluerat, potui miniſtrata, maxima cùm adſtantium admiratione curauit. *Sigon. de Reg. Ital. li. 9. fol. 353.*

Hildebrandus natus Soanæ in Hetruria, & in Cluniacenſi Monaſterio educatus S.R.E. Card. Romani Pontificatus veluti arbiter ſemel bis, tertiò ſemper cũ extitiſſet, inſoleſcenti Henrici III. Regis Germaniæ ſacrilegæ audaciæ refrenandæ aptus natus, & ſic viſus PP. Summus Pontifex eligitur; Gregorius VII. appellatur. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 9. fol. 353. 354.*

Cœlibatus lex toties Clericis iniũcta, quia, quà occultis contubernijs, quà apertis coniugijs, non in Italia modò, ſed & in Germania infringebatur, Romæ coacto Concilio firmatur.

tur. *Sigon. de Reg. Ital. lib 9. fol. 355.* Vide *c. Si qui ſunt diſt.* 81. *&* *Concilium Rom. 1. ſub. Greg. VII.*

Gregorius Papa VII. à Cincio Vrbis Præfecto dùm ſacra ſolemnia in Baſilica Liberiana perageret, capitur; in munitiſſimam turrim, quæ in Regione Parionis erat, detruditur; ſed à Populo Romano in Cincium furente, liberatur, & Cincius Vrbe pellitur. *Sigonius de Reg. Ital. lib. 9. fol. 356. Ciaconius in Greg. VII.*

1076. Henricus Germaniæ Rex, quia iura, & ordines Eccleſiæ interuertit, à Romano Pontifice delegatus in Germania Aquileienſi Patriarcha, ac Patauino Epiſcopo, & ſolutis à iuramento fidelitatis, quo erant adſtricti, Germanis Proceribus, in diſcrimen proximum adductus, vt ei Regnum abrogaretur, Italiam petit, Romanum

Pon-

Digitized by Google

Pontificem adit, qui cum Canuſij, quod erat munitiſſimum Tuſciæ oppidum, apud Mathildem Comitiſſam moraretur, Henricum iam triduo expectantem, ac ſupplicem veniam orãtem cilicio, ac lanea veſte indutum tãdem excepit ea conditione, vt ius Regni amitteret, niſi ſe iure iurando obſtringeret, in Romani Pontificis obſequio ſe perpetuò futurum, atque in Auguſtano Cõcilio crimina ſibi obiecta, diluturum. Omnia Henricus ſpopondit ad genua Pontificis prouolutus, ſed ſimulatam fuiſſe Henrici pœnitentiam euentus oſtendit, nam coacto ab illo Concilio Epiſcoporum ex Germania, & Gallia Ciſalpina, quæ Longobardia dicitur, Brixiæ in Noricis Geribertus Rauennę Archiepiſcopus, Henrici Cancellarius, Pſeudopontifex eligitur, & Clemens III. appel-

latur; Verùm Deo vindice à proprio filio paulo poſt, Regno, imperioque deiectus ad extremam miſeriam redactus, ita vt victum ab Epiſcopo Spirenſi peteret, ſpondens ſe haud inutilem Clericum futurum, quòd & litteras calleret, & choro inſeruire egregie poſſet; Imo cum neque id impetraſſet, ad adſtantes conuerſus ſuſpirans dixiſſet, *miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quia manus Demini tetigit me*, aliquot poſt diebus ingenti dolore confectus, occubuit; manſit eius corpus inſepultum Sũmi Pontificis iuſſu annis quinque. *Platina in Greg.VII.Sigon.de Reg. Ital.lib.9.fol.391.*

1080. Robertus Guiſcardus Nortomannus Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ Comes abiecta veteri ſimultate cum Gregorio Papa VII. reconciliatus, iureiurando adegit ſe, ſpoponditque, ſe

in

in fide & obſequio S. R. E. perpetuò futurum, ditionemque ſuam annuo tributo ſubijciens denarios 12. Papienſis monetæ in ſingula iuga bouum quotãnis in ſolemni Paſchatis die ſoluturum ſe, promiſit. *Baronius ad hunc annum.*

1084. Robertus Northmandorum Dux Romam cùm exercitu ingreditur, vt ſancti Petri Baſilicam tueatur. Henricum III. Imperatorem, Germaniæ Regem, expellit. Vrbem Gregor. VII. Pontifici rebellem diripit, ac partim incendit; mox acceptis, & in Hadriani molem reductis Romanorum obſidibus, multa Pontifici caſtra, & Vrbes recuperat. *Rinald. An. Eccleſiaſt.*

1087. Victore III. (qui demortuo Gregorio Summus Pontifex inuitus, ac reluctãs fuerat renunciatus,) agente, Italorum Principum arma mutuo foe-

Digitized by Google

fœdere ſociata, & in Aphricam tranſmiſſa ſunt; & quidem maritimis oppidis expugnatis, & cæſis Saracenorum 100. mil. eodem die, quo in Aphrica pugnatum, Romæ audita victoria eſt. *Leo S.R.E.Card.Oſtienſis.*

Eodem hoc anno Victor in Monaſterio, vbi fuerat Abbas, occumbit non ſine veneni propinati ſuſpicione per contrariæ partis, ideſt, Clemẽtis III. Pſeudopontificis fautores, dum enim Victor ſacra faceret, immiſſum in calicem venenum. *Martinus Polonus de Vitis Pontif.* ſcribit.

1088. Berengarius cùm ſanctiſſimæ Euchariſtiæ myſterium impugnaſſet, iam nonagenarius, & morti proximus errorem ſuum deteſtatur, & lacrymabundus, *Hodiè*, inquit, *apparebit mihi Dominus meus Ieſus Chriſtus propter pænitentiam, vt ſpero, ad gloriam, vel pro-*

pter

pter alios à me ſeductos, vt timeo, ad pœnam. Drexellius in Tribunali Chriſti lib. 1.

1094. Philippum Galliarum Regem, qni væſana in Bertrandam priuati militis Vxorem libidine, Bertam coniugem expulerat, Gallicani PP. Oſtione conſeſſu habito, anathemate, diriſque execrationibus haud ſunt veriti ferire, aduerſus regium facinus ire. *Baronius ad hunc ann.*

1095. Venetijs cùm non conſtaret, quo loco, quauè Templi parte cōditum foret D. Marci ſacrum corpus, multas ante ætates à Mercatoribus Venetis ex Oriente translatum, miraculis die 25. Iunij pręſentia ſancti corporis illuxit. *Ex Venetorum Annal. Baronius S.R.E. Card. Biblioth. Io. Doglionus hiſt. Ven. lib.* 2. referunt.

Hoc anno Vrbano II. qui Victori

ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſerat, agente, cœptum eſt recitari horarias preces, ac laudes Beatæ Virginis, quas priùs inſtituerat Petrus Damiani; & nouem præfationibus decimam Vrbanus addidit. *& Te in Veneratione B. Mariæ ſemper Virginis collaudare. Sigonius de Regno Ital. l. 9 fol. 382.*

1095. Cruceſignatorum prima expeditio Vrbano II. agente, ac Petro Heremita toto Oriente ſanctitatis fama celeberrimo veluti Duce, & Anteſignano moliente indicitur. *Sigon de Reg. Ital. li. 9. fol. 382. Platina in Vrban. II.*

1097. Chriſtianorum exercitus in Oriente Gotifredo Buliono duce ad Orontem fluuium cùm Turcis dimicat, & vincit. *Sigibert. in Chron.* Iterum cum Turcis prælium init, & inſigni reuecta victoria Nicæa vrbe potitur. *Sigebertus in Chron.*

Digitized by Google

1099. Hieroſolyma, Chriſtique ſacer tumulus è Saracenorum eripitur tyrannide à Franchis ſub Duce Gothifredo Bugliono, Paſchali II. in Petri Cathedra ſedente. *Io. Horatius Scolius in Chron. Platina in Paſchali II. Aug. Iuſtinian. in Annal. Ianuen. lib.* 1.

Refert D. Antoninus Archiep. *in Chron. p.* 2. *lib.* 16. *cap.* 13. §. 16. Exercitum Chriſtianorum multis horis decertaſſe, nequicquam profeciſſe armis, quare cum ſpem ferè omnem abieciſſet, vidit exercitus omnis è monte Oliuarũ militem armis coruſcis properantem, qui vires, animoſque noſtris militibus adderet, loco cedere prohiberet, ſubitòq; euanuit ab oculis; conſenſere milites, & paulò poſt Idibus Iunij Vrbe Hieroſolyma potiti ſunt. Eadẽ die Ademarus Epiſcopus S.R.E. à Latere Legatus, quamuis vita functus

ctus mænia Vrbis primus aſcendit, vt alij aſcenderent, Vrbemque hilares ingrederentur hortari viſus; Plerique Chriſtianorum, qui ad ſacrum bellum venerant, quamuis fatis conceſſiſſent, inuiſere ſancta loca è barbarorum manibus erepta, conſpecti ſunt. *Giraldus in Diario*. Eo die Solem tardiùs occubuiſſe. *Genebrardus*, *&* *Zappullius in hiſt. Hieruſ.cap.9.* ſcribunt.

1011. Henricus IV. multis ſtipatus militibus perhonorificè à Summo Pontifice Paſchali II. & S. R. E. Cardinalibus exceptus, & tanquam amicus ad pedum oſcula, ad amplexum admiſſus, cum nollet eum Summus Pontifex Imperiali corona donare, ni prius, quæ aduerſus Eccleſiæ iura in Germania egerat, reuocaret, dato militibus ſigno Summum Pontificem, & S.R.E.Cardinales capit, captoſque in

Sabi-

Digitized by Google

Sabinum agrum abducit, diù detinuit, nec ante dimiſit, donec, quæ expetebat, vel ab inuito extorqueret. *Otho Friſingenſis*, *Goffredus Viterbien.* clari temporis ſcriptores referunt.

1113. Balduinus Hieruſalem Rex connubij violata lege, ſuperſtite adhuc Vxore, nuptias cum Rogerij Siciliæ, Calabriæq; Comitis ſorore iungit. Sed ex hac die res Orientis in deterius ire magno cum Chriſtianorum damno cœpiſſe, non ignobiles Scriptores notant.

1118. Gelaſius II. vix creatus Pontifex Henrici IV. & inſequentium hoſtium, vel nocte intempeſta declinaturus iras, nauim conſcendit, cumque ad Tyberini portus ora vectus nequiret vlterius progredi, neque conſiſtere, Hugo de Alatro Cardinalis vigens ætate & robore corporis, ſenem Ponti-

tifi-

Digitized by Google

tificem manibus ad collum amplexu, humeris imponit, deducitque Ardeam propinquum oppidum, donec ſedata tempeſtate datus eſt itineri locus, receptuſque in Patrias Caietæ ſedes Gelaſius eſt. *Platina in Gelaſio II.*

1119. Pax inita inter Calixtum II. qui Gelaſio ſucceſſerat, & Henricum IV. Imperatorem; at non ſine graui Eccleſiæ detrimento, nam ius beneficia, & ſacerdotia conferendi, ceſſit. *Abbas Vrſpergenſis in Henrico IV. Gulielmus Tyrius lib.* 1. *de bello Palæſtino c.* 13. *Otho Friſing. lib.*7.*c.*26. *Pandulphus Piſanus in Calixto II.*

1124. In Hibernia coniugati Sacerdotes, & Epiſcopi in filios tranſmittebant Epiſcopale munus, adeo vt Conerienſis Epiſcopalis ſedes poſt lōgam Nepotum, Pronepotumque ſeriem, decimaquinta tandem generatione

tione extincta ſobole; Malachiæ viro ſanctiſſimo ſit delata. *S.Bernardus* in vita S. Malachiæ.

1125. In Anglia fracta cœlibatus lege Clericos, & mulieres eadem recipiebat domus indiuiſo thoro, auro quoque Eccleſiæ munia venialia proſtituebantur; at Honorius II. tum Pōtifex miſſo in Angliam Ioanne Cremonenſi Presbytero Cardinali ſancti Chryſogoni Londouiæ Cōcilio Epiſcoporum habito, tanto malo protinùs occurrit. *Baronius ad hunc ann.* Vide *Can.Apoſt.Clem.* 1.93. *Epitome Adriani I. Ann.*773. *Concil.Anglicanum an.* 970.*Conc.Rom.* 1051. *Concil.Lateran.* 1122. *Concil.Londinen.* 1.*ſub Hon.II. anni* 1125. 1127. *& alia plura apud Ribes ſupracit. c.Presbyteris diſt.*27.*c.Si quis vero, & ſeqq. diſtin.*32.*c.Vt Clericorum c.Clericus ſi tonſura de vita, &*

Digitized by Google

honeſtate Clericorum. Conc.Tridentinum ſeſſ. 24.can. 9.

1128. Fatis conceſsit Paſchalis II. qui cõſuetudinem primus inuexit Coronæ ſolemniter geſtandæ ad Pontificatus celſitudinem indicandam. *Ileſcas hiſt. Pontif. lib. 5. c. 16.*

1136. Quia Deiparam Virginem præter humanæ conditionis ſortem ſine labe originalis culpæ conceptam, creditu dignum, ac fidei conſonum ſatis, pleriquè ea ætate Doctores putauerunt, peculiarem feſtiuum diem in Conceptæ Virginis honorem addixit Lugdunenſis Eccleſia, reclamante tamen S.Bernardo Claręuallẽſi Abbate, qui rem tantam inconſulta Romana Sede tranſigi nefas eſſe, longa ſatis epiſtola ad Canonicos Lugdunẽſes data, oſtendere, conatus eſt. Verùm piam Eccleſiæ Lugdunenſis inſtitutio-

nem

Digitized by Google

nem Romana poſtmodum Eccleſia lubens approbauit. Vide Bullas Sixti IV. *Cum præexcelſa*, *Graue nimis*, & nuper Alexandri VII. Bullam *Innouatio*. Bullam, ſeu Conſtitut. 29. *Sanctiſſimus* Greg. XV.

1139. Innocentius II. Rogerium Siciliæ, & Calabriȩ Comitem, anathemate prius à ſe percuſsum, armis aggreditur. At Rogerius pace per Oratores ſuos petita, & obtenta, Innocentium nil tale metuĕtem capit, captoq; adhuc Pontificium honorem defert, ab eoquè Regno Neapolitano inueſtitur, Regis titulo decoratur, & annuum tributum ſexcentum ſchifatorum (erat id eius temporis monetæ genus) ſoluere quotannis Pontifici coactus eſt. *Platina in Innocentio II. Sigonius de Regno Ital. lib.* 11. *fol.* 448.

1140. S. Bernardus Clarȩuallenſis

Abbas inſtituta diſputatione apud Senonenſem Archiepiſcopum corā Gallicanis PP. & ipſo Rege Ludouico Petrum Abaijlardum Arij, Neſtorij, Pelagij damnatas hæreſes ab inferis reuocantem ita conuicit, vt is reuocatis, quæ impie ſcripſerat, in Cluniacenſi Monaſterio reliquum vitæ ſpatiū laudabiliter geſſerit. Vide *Concil. Sueſſionenſe, Sennonenſe, nec non epiſtolas Diui Bernardi, Gretſerum in exam. myſterij Iniquitatis. Philippi Mornæi c.49.*

Romani Ciues abdicata Pontificum temporali dominatione, & ſola ſacrorum procuratione ijs relicta, priſtinam ſibi vindicāt libertatem; quæ ſanè Romanorum Ciuium ſeditio Innocentium, & conſequentes poſtmodum Pontifices 50. fermè annorum ſpatio vexauit, donec Clementis III. virtute, ac ſolertia Ciues Romani ad ſaniorà

verſi

verſi, Pontificum tandem regimen probauere. *Platina in Innoc. II.*

Ludouicus Rex, quia eo inconſulto Bituricenſi Eccleſiæ à Summo Pōtifice Innocentio Petrus fuerat Epiſcopus datus, eundem Petrum dum acriter vexat, nec ab Iuone Cardinali Legato ad meliora conſilia flecti poſſet, Romanum Pontificem mouit, vt Galliarum Regnum Eccleſiaſtico ſubijceret interdicto; tum demum religione perculſum Regem redintegraſſe in Romanam Sedem obſequium, compoſitumque tandem diſſidium *ex ſancti Bernardi literis, & Roberti Chronico* ſcribit *Card. Baron. ad hunc ann.*

1143. Hoc anno cum Innocentius occubuiſſet, poſtera eius obitus die, non vt anteà, Romano aduocato Populo, ſed à Romano ſolum Clero habentur comitia, & Cœleſtinus II. eligitur Sū-

mus Pontifex. *Otho Friſingenſis lib.7. cap.17.31. 34. & lib. 1. de rebus geſtis Frid. Imperatoris cap.27.28.*

1144. Alphonſus Portugalliæ Rex Romanum Pontificem Lucium II. qui Cœleſtino ſucceſſerat, in Paſtorem, ſummumque Patrem agnoſcens, eidem Regnum Portugalliæ vectigale conſtituit, & annuum cenſum vnciarum auri quatuor ſoluere promiſit. *Innocent. III. epiſt. 100. lib. 1.*

1146. Secunda expeditio Hieroſolymitana ſub Conrado II. Imperatore, ac Ludouico VII. Galliarum Rege, agentibus, & ad ſacrum prælium incitantibus ſancto Bernardo Abbate Claræuallenſi, & Eugenio III. qui anno priore Armeniæ Legatos ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ exceperat, ac illis coram ſacra faciens mira circũfuſus luce, ac inſolito ſplendore coruſcare

ruſcare viſus refertur in *Chron. Othonis Friſingenſis Epiſcopi.*

1147. Gilberti Porrectani ex Philoſopho Pictauienſis Epiſcopi, errores de Sanctiſſima Trinitate, & Henrici cuiuſdam, qui Monaſticum Inſtitutum deſeruerat, ac Deum eſſe colendum non Aris, & Templis, ſed ſpiritu, & veritate dictitabat, Rhemis coacto Cōcilio, cui interfuere inter alios PP. D. Bernardus, & Goffredus Carnotenſis Epiſcopus, confutati ſunt. Vide *Concilium Rhemenſe ſub Eug. III.*

1150. S. Henricum in Sueuia Epiſcopum interemit nonnemo, cui ille ob enormia ſcelera communione Fidelium interdicere, parabat. Epiſcopi galero ſibi caput obtexit paricida, domumque reuerſus, dum eum deponit, galero adhæreſcentem capitis cutem ſuis ſibi manibus detrahit. *Io. Bol-*

Digitized by Google

land. Acta Sanctorum 19. *Ian.*

1155. Demortuo Anaſtaſio Papa IV. Albanenſis Epiſcopus S.R.E. Cardinalis, qui Noruergiā remotiſſimam Septentrionis regionem ad fidē Chriſti conuerterat, quamuis humili fortuna in Caſtro S. Albani natus, quia magnos gerebat ſpiritus, Pontifex eligitur, & Hadriani IV. aſſumpto nomine, haud vnquam ad Lateranum, vt conſecraretur, accedere adduci potuit, ni prius Arnoldus Hæreticus, qui Eugenium III. ex Vrbe pepulerat, eijceretur. At cum Senatoribus Vrbis adminiſtrationem permittere negaſſet, Romanum Populum Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, quòd Vidonē Cardinalem S. Pudentianæ multis vulneribus nouo impietatis, ac furoris exēplo affeciſſet. *Sigon. de Reg. Ital. lib.* 12. *fol.* 472.

Digitized by Google

1156. Gulielmus Northmãnus Beneuentum acri obſidione cingit, cogitque Hadrianũ Papam inibi forte morantem, vt iure Romam prouocandi ad Apoſtolicam Sedem cederet, & neminem niſi petente Rege, Regiſquè hæredibus Legati munere in vtriuſq; Siciliæ Regnum mitteret; ſed paulo poſt cœleſtem iram Gulielmus ſenſit; nam à Rogerio filio ad extremum vſque exitum exagitatus non ante effugit diſcrimen, quàm in proprij filij necem obdurauerit animum, & Regnum Neapolitanum à Northmannorum gente ad Sueuos, ſeu Bauaros migrauit. *Baronius S.R.E. Card. Biblioth. ad hunc annum.*

Federicus Imperator Aenobarbus à barbæ rufæ colore ſic dictus, Conrado II. ſufficitur ex Bauarorum gente, dum Romam peteret, occurrentem

ſibi

ſibi Hadrianum Summum Pontificem ad Sutrium, quæ ciuitas propè Romã eſt, miris obſequijs proſequitur, nam deſcendenti Pontifici ex equo ſtapedã tenuit, ſtratoremque ſe exhibuit, ſed paulo poſt obiurgatus à Põtifice, quòd Londinenſem Epiſcopum Roma in Angliam per Germaniam redeuntem, detineri iuſſerat, à Summo Pontifice deſciſcit. *Platina in Hadriano. Sigon. de Reg. Ital. lib. 22. fol.* 498. 490. & ſanè vix vllus Principum maiori ambitu Romanam impugnauit Eccleſiam, vix de vllo alio triumphauit Eccleſia magnificentius. *Buſſierres in ſuis Floſc. ad ann.* 1152.

1159. Henricus Angliæ Rex ob peculiare ſtudium, & obſequium in Summum Põtificem Hadrianum, Hyberniam tributariam annuo tributo denarij vnius à ſingulis familijs, ſeu do-

Digitized by Google

domibus S. R. E. ſoluendum conſtituit.

In eadem, quam à Natalibus ſortiti erant inopiam, propinquos Hadrianus reliquit, nam nè obolum quidem in eos erogaſſe, eius tẽporis Hiſtorici referunt, adeò vt Hadriano vita functo, eius mater Cãtuarienſis Eccleſiæ eleemoſynis nutrienda fuerit. *Cardin. Baron. ad hunc ann.* Refert. *Ioannes Sares Birienſis Anglus lib* 8.*chron.* ſe ſæpe audiuiſſe Hadrianum dicentem. *Romano Pontifice nemo miſerabilior*.

Federicus Imperator Ticini Concilium indicit, vt Victorem Pſeudopontificem contrà Alexandrum III. Hadriano ſubrogatum, firmaret. Verum Alexander excelſi animi Pontifex Cæſareis Nuntijs eum ad Concilium aduocantibus dixit. *Ite, nunciate Cæſari, præpoſtero ordine aduocari eum, à quo*

cæteri

cæteri omnes aduocandi forent; non Cæſaris, ſed Romani Pontificis eſſe, Concilium indicere, Patrumque aduocare cœtus. Sigon. de Reg. Ital. lib. 13. fol. 106.

1162. Cum nullus in Italia tutus eſset Alexandro locus, in Gallias confugit, vbi à ſummis Regibus datus eſt illi Pontificius honor, nam Ludouicus Galliæ, Henricus Angliæ Rex ad Ligerim fluuium Alexandro occurrentes ſtratores ſe exhibent; medius equo ſubuectus incedebat Pontifex, Reges verò dextera, lęua frænũ equi per breue ſpatium tenentes ad præparatam deducunt domum. *Robertus in Chron. Card. Baron. ad hunc ann.*

Non nouum, vt is à Principibus exhibeatur Summo Pontifici honos, ſed quòd duo ſummi Reges in idem ſimul obſequium conuenirent, nec antea præceſſit, nec poſtea ſecutum exem-

exemplum eſt; notat hic *Cardin. Baronius.*

1164. In Gallia Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, Nouariæ in Lombardia natus, qui cùm Theologica arcana quatuor libris digeſſiſſet, Magiſtri ſententiarum nomen eſt conſecutus, è viuis exceſſit; ſuppares propè ætate, haud minori laude Gratianus, qui Pontificum decreta, & Cõciliorum Canones in luculentam redegit conſonantiam; Petrus Comeſtor in ſacris elucidandis, ac interpretandis litteris, clari fuere.

Fama eſt, germanos fratres vna, eademq; matre incerto patre natos adeò fęlici culpa, quæ tria peperit Eccleſiæ lumina, vt matri cum ſupremus inſtaret ad pœnitendum dies, pręcluſus ferè ad pœnitendum locus videretur; plus etenim eam culpam profuiſſe Ec-

cleſię

cleſiæ, quàm aliorum beneficia, penſabat mater animo. Verum Card. Baronius fabulæ figmentum detegere ſibi videtur ex eo, quòd non ex eadem ſint patria tres iſti viri; nam Comeſtor fuit patria Trecenſis, Gratianus Claſſenſis, & Tuſcus. Petrus verò Lombardus Nouarienſis. Sed quid prohibet, eandem horum Matrem in tribus hiſce locis diuerſo tempore commoratam eſse? *Ioan. Horatius Scoglius in ſua hiſt.*

1168. Alexander III. in Federicum Imperatorem excommunicationis gladium diſtrinxit, ſubditos à fidelitatis vinculo abſolutos eſſe voluit. At hi protinus à Federici obedientia deſciuere, & nouam Vrbem condentes Alexandriam ab Alexandro, cui erant impensè addicti, appellãdam eſſe cenſuerunt. *Card. Baron. ad hunc ann.*

1169.

Digitized by Google

1169. Soldanus Iconij, qui regio iure in Cilicia imperitabat, matris morientis precibus, ac hortatu, quæ Chriſti fidem colebat occultè, ab Alexandro Pontifice Magiſtrum, à quo in Fidei myſterijs inſtrueretur, expoſcit, tum ab illo inſtructus, & baptizatus Chriſtum occultè propter metum Saracenorum quoad vixit, coluit; *Matthæus Paris, Petrus Blæſſenſis* ſcribunt.

1170. Calarogæ in Hiſpanijs ſanctus Dominicus naſcitur; Matri in vtero geſtanti puerum per nocturnam ſpeciem viſus eſt catulus accēſam præferens facem; inditio fuit, quòd naſciturus puer Orbem vniuerſum ſplendore doctrinæ, caritatis ardore incenſurus, & lupos ab Eccleſiæ ouili, Hæreticos, nimirum, eſſet propulſurus. *Baron. ex S. Antonino*.

1174. Henricus Angliæ Rex ſanctum

Digitized by Google

ctum Thomam Cãtuarienſem Archie-piſcopum ab impijs ſicarijs, qui puta-uerunt inſigne facinus Regi fore gra-tiſſimum paulò ante occiſum, ac San-ctorum Catalogo adſcriptum venera-turus, adit Cantuariam, regio abie-cto cultu, nudis pedibus progreſſus ad tumulum, perſiſtit die, noctuque orando, obſecrandoque; ſentit ea ex die placatam diuinam iram, ſibi propi-tiam Martyris opem; nam qui anteà domi à filio, foris à Scotiæ Rege agi-tatus in magno verſabatur regni diſ-crimine, exindè tranquilliora nactus, obſequium à filio, victoriam ex inimi-co Rege tulit. *Herebertus* 3. *lib. Qua-drip. Baron. ad hunc ann.*

1177. Alexander III. claſse trede-cim triremium à Gulielmo Siciliæ Re-ge tranſmiſsa ad Gargani montis ſinũ Venetias ſubuehitur; perhonorificè à

Venetis excipitur;illùc quoque appulſum Federicum Imperatorem ad pedum, & pacis oſculum admiſit, tum ſacro peracto, equum aſcendit, & Imperator ſtapedam tenuit,ſtratorem per breue ſpatium ſe exhibens, nè vltra procederet,Summus Pōtifex monuit, atq;ita pace inita inter ſummumPontificem, & Imperatorem conditionibus S.R.E. apprimè fauorabilibus, toti Italiæ tranquillitas diù optata tandem illuxit.Habentur hæc,vt ſunt narrata,ex epiſtolis,quas 7. Kalendas Augusti ad Abbatem Caſſinenſem exRiuoalto idem dedit, ex *Blondo*, *Aenea Siluio*, *ex Chronicis Romualdi Salernitani Archiepiſcopi*, qui vnà cùm Andrienſi Comite Gulielmi Regis nomine præſens interfuit,ex *Sigon.de Reg.Ital. lib.* 14.*fol.* 148.

1179. Vt ſchiſmatis occaſio tolle-

retur, ſanciuit Alexander Pontifex ſacro approbante Concilio in Lateranẽſi Eccleſia celebrato, nè quis deinceps Romanus Pontifex haberetur, qui ſaltem duas ſuffragiorum partes non tuliſſet. Vide *c. Licet de elect. 4. ſub eodem Tit. in 6. c. Vbi periculum.*

1186. Federicus Imperator Hetruriæ, & Liguriæ oppida à Mathilde Comitiſſa S.R.E. donata dum occupat, & poſſidet tenaciſſimè, Lucio III. qui Alexandro ſucceſſerat, tum Vrbano Tertio moleſtiam creat, in apertum diſſidium præceps ruit. Clericorum ſpolia, & exuuias vſurpat, ad Romanam Sedem appellantibus viam intercludit. *Sigon. de Reg. Ital. lib.* 15. *fol.* 562. *Platina in Vrbano III.*

Henricus Germaniæ Rex Federici Aenobarbi filius ex diſpenſatione Sũmi Pontificis Conſtantiam in Monaſterio

ſterio ſanctæ Claræ Panormi Monialem, quæ vnica ſupererat ex Northmannorum ſanguine Gulielmi Regis Siciliæ filia, ad excitandam regiam prolem, vt ſibi regnum Siciliæ obueniret, matrimonio iungit, & breui Federicum II. qui poſtea fuit Imperator, ex ea genuit. *Neapolitanorum Hiſtor. & Sigonius de Regno Ital. lib.* 15. *fol.* 571, 582.

Verum Card. Baronius ad hunc annum non Monialem, ſed inter Moniales Conſtantiam educatam adſtruit, eo ductus argumento, quòd rem tantam ſilentio non tranſegiſſent Romualdus Salernitanus Archiepiſcopus, Hugo Fulcandus Siculus, Goffredus Viterbienſis, (quibus adde Abbatem Vrſpergenſem, & Gulielmum Neubrigenſem Anglum) eius tempore claros ſcriptores, qui regias nuptias luculen-

ter ſcripſere . ;Vide *Sigon. de Reg. Ital. lib. 25 fol. 565.*

1187. Hieroſolyma à Saladino Turcarum Tyranno poſtquam ann. 88. ſub Francorum dominio fuerat; expugnatur,& capitur. Fuit ſacra Chriſti crux ludibrio expoſita, biduò fuſtigata, ſacra templa in Mahumetis conuerſa ſectam, & cultum; pròh ſcelus. Verum Vrbanus tantę Chriſtianorum cladis accepto nuncio in itinere Ferrariæ, mœrore animi afflictatus, interijt. *Platina in Vrb. III. Victorellus in Add. ad vitam Vrb. Sigon. de Reg. Ital. lib. 15. fol. 564.*

Amiſſa Hieroſolyma, ieiuniũ quinquenniò toto Chriſtiano Orbe bis, ter etiam in hebdomada, ideſt, vt quarta, ſexta feria, & ſabbato ieiunarent, ſexta autem feria ſemel circà meridiem cibum ſumerent vtriuſque ſexus fideles;

Digitized by Google

les; Cardinales verò feria etiam ſecunda carnium eſu temperarent, ſupplicationes quoque per ſacella, & aras in recenti iactura, Gregorius Papa VIII. qui Vrbano ſucceſſerat, edixit. Tum ad virtute, & pietate recuperandum, quod humana iniquitate fuerat amiſſum, litteras ad Chriſtianos Populos, & Principes dedit, quas refert *Sigon. de Regn. Ital. lib.* 15.*fol.* 567.

Verum quia Gregorius ante Pontificatum Cancellarij munus exercuerat, nec vllus alius Cardinalis eius loco ſuffectus eſt, ſed potius Moyſes quidam Lateranenſis Canonicus ad id munus aſſumptus, Vicecancellarij titulo inſignitus eſt, hinc Vicecancellarij origo manauit. *Ciaconus in Gregor. VIII.* Vide *Sixti IV. Conſtit.* 6. *Diuina. Sixti V. Conſt.* 106. *cum Sancta. Clem. VII. Conſt.* 34. *Et ſi ad ſingula.*

 1189.

1189. Federicus Aenobarbus Imperator, quæ ad eam vſq; diem in Romanam Eçcleſiam commiſerat facinora, expiaturus, ad Hieroſolymam è Saracena tyrannide vindicandam ſe accingit; Verum traiectis illùc naualibus, terreſtribuſq; copijs anno ſequenti in Armeniam minorem progreſſus, caſtris ad rapidisſimum amnem, cui Serra nomen, poſitis, medio ęſtatis feruore, dum nando flumen ingreditur, aquarum impetu demerſus occumbit. *Caniſius tom.* 5. *antiquæ lectionis, ſcriptor eius Peregr. in epiſt. Neubrig. lib.* 4. *cap.* 13.

Clemens III. Romanus Greg. VIII. ſubrogatus mira dexteritate, ac ſtrenua virtute à Conciuibus ſuis obtinuit, vt ſibi, & ſucceſſoribus ſuis Summis Pōtificibus temporalis Vrbis adminiſtratio per 50. annos illis adempta, reſti-

tue-

tueretur. *Ex libris cenſuum Cameræ Apoſtolicæ. Panuinius in Adnot. ad vitam Clem.* refert.

1191. Cœleſtinus III. poſtridie ſuæ Conſecrationis Henricum V. Imperatorem, vxoremque Conſtantiam vnxit, & hac ratione coronauit. In Pontificali throno ſedebat Pontifex auream inter pedes coronam tenens, quam Henrici capite inclinato acceptam, ſtatim illam pede altero decuſſit, licèt non ſegnes fuerint Cardinales ad illam eiuſdem capiti reſtituendam. Per id Pontifex declarauit, ſe, vt coronam, & imperium dabat, poſſe etiam auferre, ſi res poſtulaſſet; Henricus enim ex eo genitus erat, qui Eccleſiam, à qua imperium acceperat, malè, diuquè vexauerat. *Rinald. An. Eccl.*

1198. Theutonicorum militum initia fuere ſub Cœleſtino III. Hi veſte

alba, cruce incedebant; mira eorum Ordo habuit incrementa, nam breui Prusſia, & Lituania potiti milites, eorum Magiſter par Regibus erat; ſed Albertus tunc temporis Magnus eorum Magiſter ex Marchionibus Magdeburgi, hæreſi à S.R.E. ſeiũctus, poſt 300. fermè annum, dum Pruſſiam hæreditario iure in filios tranſmittere ſatagit, Poloniæ Reges, Moſcouię Duces reliquas prouincias inuadunt, & capiunt. *Baron. ad hunc ann.*

1199. Ioannes C.P. Patriarcha Innocentio Papæ III. ſuper primatu Romanæ Eccleſiæ, moleſtiam faceſsit; & datis litteris mirari ſe dixit, quòd Romana Eccleſia Vniuerſalis ſibi nomen aſſumeret. At Innocentius non modo prolixis datis litteris, ſed reipſa primatum Sedis Apoſtolicæ probauit, exercuit, nam C. P. & Antiochenum Patriar-

Digitized by Google

triarcham ad cauſam dicendam Romam vocauit. Vide *lib. 2. epiſt. Innocentij III. epiſt. Apoſtolicæ Sedis. Conſtit. 1. Pelagij II. Manifeſtò ſicut optauimus.*

Inter Othonem Saxonem, & Philippum ex gente Sueua ſacre de Imperio diſſidium Innocentius, vt dirimeret, Imperium Othoni deferendum eſſe ſtatuit, eumque mirificè adiuuit, quare Otho pollicitus poſtmodum eſt, Romanæ ſe Eccleſiæ iura, atque ditionem perpetuo defenſurum, eiuſquè ſe ſub poteſtate perpetuo futurum. *Ex epiſt.* 51. *lib.* 8. *Abraham Bzouius* refert.

1202. Innocentius III. Valterum Comitem Eccleſię copijs contra Marcualdũ Siciliæ Regni inuaſorem præficit, & Petrum Cardinalem Portuenſem Epiſcopum Legatum mittit, qui

cum

cùm benè Eççleſiæ copijs precatus ; malè autem hoſtibus fuiſſet, viſa eſt in aere Crux ſplendida, quæ luce conſpicua Comitem antecedens, hoſtes perterrefecit, ac in fugam vertit; tum repertum Henrici Imperatoris teſtamentum Bulla aurea munitum, quo Federicum Regni Siciliæ hæredem inſtituebat ea conditione, vt illud ab Eccleſia beneficiario iure cognoſceret, ditioneſque Mathildis Eccleſiæ reſtitueret; *ex M.S. Card. de Comitibus* habetur.

Hoc eodem anno Andręas Vngariæ Rex iureiurandi religione adſtrictus in Palæſtinam perrexerat, regni interim adminiſtratione credita, & ipſamet vxore commendata Banebano. Ad eam frater laſciuus iuuenis cum veniſſet, Banebani, coniugis, inſignis fœminæ, amore captus, ſororis lenocinio

cinio ad eam potiundam eſt vſus. Banebanus ira percitus Reginam de medio ſuſtulit, tum Regem adijt, qui Syriam nondum attigerat. Rex eo audito, vultu, atque animo compoſito, *Tu verò*, inquit, *abi, & in Regnum redi; ſi quando redux, quod Deus annuat, in Regnum fuero, cauſam tùm libens cognoſcam; ſi innocens es, ſententiam ne metuas, pro te feram; ſin autem nocens, ne nunc quidem damnatum volo, nec expeditionē hanc in hoſtes auſpicabor à Chriſtiano, & amico ſanguine*: redditus deinde Regno Rex, & cauſa cognita, pronunciauit Gertrudem coniugem iure cæſam videri. *Ex Bonfinio Lipſius, & Bzouius* ſcribunt.

1203. Apud Sardenai Vrbem non longe à Damaſco, oleum ex Deiparæ Imagine ſatis abundè fluxit ad quoſcumque morbos pellendos tantæ effi-

caci-

Digitized by Google

cacitatis, vt Soldanus ipſe Damaſcenorum lumen oculorum receperit. *VVeſtmonaſterien. in Flor. hiſt.*

1204. Myrtillus Alexium puerum Byzantij Regni hæredem, commota prius ſeditione, eliſis faucibus interficit; Gallorum, & Italorum copias Alexio puero auxilium, & opem allaturas aggreditur hoc ordine, vt prius Sacerdotes ſacris veſtibus amicti Deiparæ Iconem præferentes anteirent, tum armatorum cohortes. At nihil illi hæc ficta pietas profuit, quia fuſus ipſe, fugatuſque eſt, & D. Virginis Icon Græcis erepta, inditio latinis fuit, Myrtillum à Dei Genitrice derelictum, quòd ingratiſſimus pro beneficijs innumeris, quibus à pueri Alexij fratre Iſaacio fuerat cumulatus, nefandum illud ſcelus rependiſſet. *Bzouius ad hunc annum.*

Pere-

Digitized by Google

Peregrinationem pietatis cauſa inſtituerant in Hiſpanijs ad Diui Iacobi apud Compoſtellam Angli ad 40. Toloſam Vrbem Eccleſiaſtico interdicto ſubiectã ingredi renuentes ad flumen digreſſi, dum nauigio illud traſmeare contendunt, in aquis merguntur, ſed ad promiſcuum eorum, qui in littore erant, rumorem ſanctus Dominicus accurrens, nè qui maiorem pietatem coluiſſent, maius illud mortis diſcrimen ſubirent, effuſis ad Deum precibus demerſi iam, littori, & vitæ reſtituuntur. *Bzouius ad hunc ann.*

1206. Danorum Rex ob coniectum in vincula VVadimarum Epiſcopum ab Innocentio Tertio increpitus, & anathemate intentato deterritus, litteris ad eum redditis, paratum ſe in omnibus dixit, Sedi Apoſtolicæ obtemperare. *Innoc. ep.* 58. 59. *l.* 8. *epiſt.*

1209.

1209. Cùm Simon à Mõteforti Fortis, ac ſtrenuus Chriſti miles exercitu contra Albigenſes Cruceſignatorum cõſcripto, Vrbes multas, & oppida ab ijs recepiſſet, apud Ceſſerum oppidum id ſanè planè mirum accidit; cum duo Hæretici vſtulandi eſſent, & alter ad Catholicam fidem redijſſet, iuberentquè nihilominus Iudices, hunc quoq; exuri, quòd fictam conuerſionem ſuſpicarentur, cum vterquè in ardentem rogum immiſſus fuiſſet, conſumpto Hæretico, alter ille, qui reſipuerat, integer, ac illæſus permanſit. *Petrus Monachus Sernarij in hiſt. Albig. c.* 15. 16. *Cæſarius Dial.* 10. *cap.* 47. *& Dial.* 5. *cap.* 21.

1210. Otho Imperator à Summo Pontifice Innocentio in Templo Diui Petri coronatus, eiuſdem Innocentij verſus Lateranum equitantis ſtapedam,

dam, Gallorum Cæſarum pietatem æmulatus, tenuit, ſed cum poſteà aduerſus Eccleſiam multa egiſſet, imperio priuatur ab Innocentio, atq; eius loco Romani Proceres Federicum Siciliæ Regem ætatis annorum 17. Imperatorem conſalutant, & eligunt. *Nauclerus, Ciaconus, Panuinius in Innoc. Abbas Vrſpergenſis in chron.*

Henricus Orientis Imperator Innocentij epiſtolis admonitus, legem, qua prohibuerat, Eccleſiam fieri bonorum immobilium hæredem, reuocauit. Vide *epiſt. 26. & ſeqq. epiſt. 32. vſque ad 37. Innoc.*

1211. Iuramentum fidelitatis pro Regno Siciliæ Federicus Imperator in manu Gregorij tit. S. Theodori Diaconi Cardin. Legati à Laterc Papæ Innocentio præſtitit. Habes iuramenti formam apud *Bzou. ad hunc ann.*

Cui.

Cuidam Sacerdoti linguam præſciderant Hæretici, ſed Beatiſſima Dei Mater adfuit, aliam linguam manu geſtans, orique inſerens, quę non prius in alios reſoluta eſt ſonos; quàm in pijsſimæ parentis gratia recitata ſtupentibus, qui aderant vniuerſis, Angelica ſalutatione. *Ant. de Balingh. Kal. SS. Virg. 6. Ian.*

1212. Innocentius IIJ. Pandulphum S.R.E. Cardinalem in Angliam Legatum mittit, vt Regem ſupplicem abſolueret; at is adeò egregiè hoc munus exercuit, vt non prius Regem abſolutum edixerit, quàm ille ademptũ ſuo capiti diadema Legato traderet, nec illud Legatus Regi reſtituit, niſi cum prius Rex Angliam, & Hiberniam beneficiario iure ſe à Romano Pontifice obtinere profeſſus eſt, ac annuum cenſuum ſoluturum promiſit, nempè

auri

Digitized by Google

auri marchas 700. pro Anglia, 300. pro Hibernia, & hæc quidem præter denarium ſancti Petri hactenus perſolui conſuetum. *Polydorus Virgilius lib. 15. & Innocentius epiſt. lib. 15. ep. 32. & ſeqq.* Eius obligationis publica, & Archetypa inſtrumenta habes *in mole Hadriani Romæ.*

1213. Inito certamine Catholicos inter, & Albigenſes Hæreticos; Catholicis numero longe impari victoria ceſſit, cæſo in primis Alphonſo Rege Albigenſium fautore. *Petrus Monachus de Valle Sernarij in hiſt. Albigẽſium à cap. 121. vſq; ad c. 129.* refert. Tunc temporis S. Pater Dominicus itâ diuinitus inſpiratus precationum genus, quod Roſariũ dicimus, inſtituit, Chriſtiano Orbi, tum Ordini à ſe inſtituto valde proficuum. *Bzouius ad hunc annum.*

1214. Præſtigiatores quidam ex Albigenſibus arte Dœmonum inſtructi cuidam flumini inſiſtētes, illud ſiccis veſtigijs permeabant, maximo cum rei Catholicæ detrimento; id Sacerdos Catholicus conſpicatus, ſacram hoſtiā pyxide occluſam ad flumen detulit. tum: *adiuro te*, inquit, *Sathan per eum, quem manibus fero, vt diſcedas, & præſtigiatores hoſce deſeras*; at cum illi haud ſecius perſiſterent, nec mergerentur, Sacerdos pyxidem in flumen deijcit; res mira, præſtigiatores ſtatim vorticibus hauſti, pyxis flumini ſupernatauit. *Cæſarius lib.9. c.12.*

1220. Ioannes Columna Card. Legatus ab Honorio III. in Aegyptum, ac Palæſtinam miſſus, Romam redux Columnam ſacroſanctam, ad quam Chriſtus Dominus vinctus, ac flagris cæſus fuiſſe dicitur, ſecum detulit.

Digitized by Google

Hanc in Diuæ Praxedis templo collocatam hodie aſſeruamus. *Iouius in Pomp. Columna.*

1221. Mira in Soldano Aegypti pietas enituit ergà Chriſtianorum copias, quæ cũ Memphim, ſeu Carium expugnare tentaſsent, intercluſæ penitus ab hoſtibus, fame miſerè aſſumerentur, oblata illis eſt pax, Crucis dominicæ pars reſtituta, data lata via in patrias ſedes remeandi; *Aemilius*, *&* *Nauclerus* ſcribunt.

1224. S. Franciſcus ſacris Stigmatibus inſignitus apparuit, & inſtituti à ſe Ordinis confirmationem ab Honorio Tertio retulit. Naſcitur Belcaſtri in Calabria S. Thomas Aquinas ex Landulpho Aquinate Belcaſtri Comite. *Baron. ad hunc ann.* In Honorio igitur geminus partus fœcundauit Eccleſiã, nam præter Franciſcanum Ordinem,

alterum Prædicatorum à ſancto Dominico Hiſpano Albigenſium hoſte acerrimo inſtitutum, probauit. *Buſsierres in ſuis Floſc. ad hunc ann.*

1225. Comes Federicus, qui Engelbertum Colonienſem Archiepiſcopum occiderat, primum à Conrado Portuenſi Epiſcopo diris deuotus, poſtea à quodam milite captus, & Henrico Engelberti ſucceſſori traditus, rotæque extra muros Colonienſes implexus, pœna ſacrilegij dedit; Huic mater rotæ aſſiſtens inter ploratus, & eiulatus muliebres confeſsa eſt, ſe olim, dum Federicum in vtero geſtaret, ſecūdum quietem vidiſſe, à coruis dilacerandum aliquando. *Chronicon Spenheimenſe*.

1227. Bello inter Hæreticos, & Catholicos in Gallijs gliſcente, ſex Fratres Ordinis Dominicani in Tolo-

ſa-

ſana prouincia ab Hęreticis capite imminuti ſunt; at verò ſinguli caput abſciſsum manibus geſtantes, cœleſti eos lumine præeunte, ad Conuentum redierunt. *Bzouius ad hunc ann.*

1228. Hoc anno finem bellum, & Hæreſis Albigenſium accepit; nam Raymundus Comes Ludouici Regis auſpicio debellatus, Pariſios venit, & coram Legato Apoſtolico hæreſim, quam tuebatur, ſolemniter abiurauit, ſpoponditquè in poſterum ſe in poteſtate Romanæ Eccleſiæ futurum, Hæreticos profligaturum. *Comp. Hiſtorici belli aduerſus Albigenſes, Ioannes Ditellet. m. ſ. in Biblioth. Vaticana, Papyrius Maſſon. in D. Ludou.*

Lutetiæ Pariſiorum habita eſt diſputatio de pluralitate ſacrorum miniſteriorum, definitumque, *nemine cum ſalute animæ* poſse tenere duo miniſteria

Digitized by Google

tia ſine diſpenſatione Apoſtolica, quorum alterum valeret in annos ſingulos 15. libras Pariſien. Verùm quià huic definitioni contradixerat Mag. Philippus Cancellarius Pariſien. paulo poſt mortuus Guillielmo Epiſcopo Pariſien. media nocte apparuit, & ſe tum ob illam cõtradictionem, tum quia de fructibus ſui miniſterij nihil pauperibus diſtribuiſſet, nec non ob alia crimina damnatum eſse, faſsus eſt. *In Flandriæ annalibus* legimus. Ideo anno 1138. idem Guillielmus ſolemni habita diſputatione plura ſacerdotia poſsidentes damnauit. *Genebrard. in Chron.*

1229. Iacobus Rex Aragonu m Maioricam vrbem de Saracenorum armis cœpit, & inter captiuos Regis filiu n annorum 13. comprehendit, cui poſtea Chriſtianis ſacris imbuto Iacobi

no-

Digitized by Google

nomen fuit; quo die non Chriſtianorum modo, ſed & Saracenorum, qui aderant, teſtimonio comprobata fama fuit, in prima equeſtri Chriſtianorum acie equitem quendam fulgentibus indutum armis, equoquè, & ephippijs ſplendentem albis conſpectum fuiſse, eiuſque aſpectu, pugnandique ardore Saracenos conſternatos fuiſse. Hunc fuiſse ſanctum Georgium Regnorum Aragonum tutelarem, creditum. *Bernardus Gomeſius lib. 6.*

1230. Florentiæ in D. Ambroſij Eccleſia Sacerdos nomine Hugocio, cum ſacrum celebraſset parũ ſanguinis in ſacro calice negligens reliquit, & poſtridie reuertens, eas vini ſpecies in veri, realiſque ſpecies conuerſas inue- ſáguinis
nit, quod cum Epiſcopo tuleriſset, hic chryſtallinę ampullæ infudit, & inter

Digitized by Google

ſacras reliquias recõdidit. *Vill. l. 6. c. 8.*

Eodẽ anno Reuelatio Iulianæ miræ ſanctitatis Virgini facta de feſto Corporis Chriſti celebrando, Vrbanum Papam IV. mouit, vt ea feſtiuitas publicè, ac ſolemniter in Diœceſi Leodienſi celebraretur; verum progreſſu temporis ea feſtiuitas ad vniuerſum Chriſtianum orbem extenſa, ac propagata eſt. *Ioannes Dieſtemius Blærus* refert. Vide *Vrbani IV. Conſtit.* 1. *Tranſiturus.*

1231. Gregorius IX. Reate luculentiſſimam dedit epiſtolam de primatu Romanæ Eccleſiæ ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum, eſt autem *epiſt.* 65.

1233. Apocriſarios Conſtantinopolim Gregorius IX. Papa mittit pro vnione Græcorum cum Latinis, tum

epi-

Digitized by Google

epiſtolam luculentam dedit; qui inſtituerũt, vt Spiritus ſanctus diceretur à Patre, Filioque æqualiter procedere, iuxta antiqua PP. Conciliorum decreta. *Habetur m. ſ. Vatic.*

1239. Federicus II. ob infenſum ergà Gregorium Nonum Papam animum, probris, ac conuicijs illum laceſſens, diſtichon miſiſse, ſcribitur,

Roma diù titubans longis erroribus acta
Corruet, & mundi deſinet eſſe caput.

Cui Pontifex ità altero diſticho reſpondiſſe fertur.

Niteris incaſſum nauim ſubmergere Petri;
Fluctuat, at nunquam deſinet eſſe ratis.

Rurſus Federicus ineptire pergens ſcripſit.

Fata volunt, ſtellæq; docẽt, auiumq; volatus,
Quòd Federicus ego malleus Orbis ero.

Cui

Digitized by Google

Cui Pontifex diuino veluti vaticinio reſcribens, dixit.

Fata volunt, ſcriptura docet, peccata loquũtur,
Quòd tibi vita breuis, pœna perennis erit.

Verum dum ita ab Auguſto Gregorius impetitur, ſanxit, vt diluculo, veſpertinoque crepuſculo ad campani æris ſonum Angelica ab vnoquoque ſalutatio recitaretur, vt Antiphona *Salue Regina* ab Hermanno Contracto olim compoſita horis Canonicis adderetur, atque in ſacroſanctæ Miſſæ ſacrificio ad ipſam corporis, Chriſtique ſanguinis conſecrationem tintinnabulum populo ad pietatem excitando, quateretur. *Nauclerus & Bzouius* referunt.

1243. Sublato Cœleſtino IV. Pontifice, cùm ſuper deligendo ſucceſſore

inter

Digitized by Google

inter Cardinales non conueniret, votum ab omnibus emiſſum eſt, vt quiſquis eorum eligeretur, Natiuitatis B. Mariæ Virginis diem feſtum toti Eccleſiæ celebrandum præciperet; ad illam enim diem quibuſdam tantum Eccleſijs celebris erat; exindè vnanimes Innocentium IV. elegerunt, qui voti reus eam celebritatem inuexit, illamque cantari iuſſit Antiphonam. Natiuitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiauit vniuerſo Mundo. *Benedictus Goron Chron. Sanctiſſimæ Deiparæ.*

1245. Lugduni Synodus indicitur ab Innocentio IV. dumquè ad Synodum interim PP. conueniunt, Innocẽtius 12. ex varijs nationibus probatos viros Cardinales creat, ijſq; rubrum galerum deinceps deferri iuſſit, vt nimirum oſtenderet, capita eos pro

tu-

Digitized by Google

tutanda Eccleſiæ libertate ferro etiam obijcere debere, ea præſertim tempeſtate, qua ab impio Federico impeteretur. *In m.ſ. Vatic. de Ezelino. Bzou. ad hunc annum.*

1246. Federicus II. Imperator Petrum de Vineis Capuanum primæ notæ illius æui Iureconſultum addictiſſimum ſibi cæteroqui hominem, quaſi præuaricatorem, quiquè apud Concilium officio ſuo defuiſſet, ęnea candenti lamina oculis obiecta excœcauit; dein catenis onuſtum in Apuliam relegauit, vbi demum ſiue pędore carceris, ſiue laqueo eliſis faucibus, ſiue demum parieti illiſo capite, morte à ſe ipſo accerſita interijt; vtcunque ſit, nemo non credidit, iuſtas eum dediſſe pœnas, quòd ante annos aliquot Patauij pro concione proteruè admodum contra Chriſti Vicarium inue-

ctus

Digitized by Google

ctus fuerit. *Bzouius ad hunc annum*.

Innocentius IV. à Nũtio ſuo abſoluendum iuſſit Iacobum I. Aragonenſium Regem, quem ipſemet alligauerat in pœnam audaciæ, qua præciderat linguam Epiſcopo Gerũden. ratus ab eo peccatum in ConfeſſioneRegis auditum, fuiſſe Summo Pontifici reuelatum, validum vt redderet matrimonium Iacobi cum Thereſia Vidaura. *Mariana hiſt. Hiſp. lib.* 13.*c.*60.

1250. Hugo S.R.E.Card. ex Ord. Prædic. in Concilio Lugdunen. creatus, ſacros libros commentarijs illuſtrat, concordantias bibliorum excogitauit, ac 50.Fratrum opera adiutus perfecit. *Mariana lib.*3.*c.*3. *Card.Bellarm.de ſcript. Eccleſiaſt. S. Antoninus* 3.*par.ſumm hiſt.tit.*19.*c.*5.§. 2.

Federicus II. Imperator, vel ex mœrore, quem hauſerat ob illatam cladem

Hen-

Digitized by Google

Henrico eius filio à Bononienſibus; vel à Manfredo filio illegitimo puluinari obſtructis faucibus interijt, ſatis iuſto iudicio, vt qui piam matrem Eccleſiam diutiùs vexauerat, ab impio filio perimeretur. *Matthæus Spinellus in Annalibus, Sanderus de viſibili Monarchia lib.7. ex Nauclero, Trithemio, Antonino, Vincentio, Blondo, Platina, Sabellico;* & alij ſcribunt.

1251. Petrus Veronenſis ex Ordine Prædic. cùm pro Chriſto animam cùm ſanguine effundit, Fidei ſymbolum non voce modò recitauit, ſed fluente etiam ſanguine ſolo inſcripſit: probati Auctores referunt, inter quos *Bzouius ad hunc annum.*

1252. Ferdinandus Rex Caſtellæ, & Legionis Hiſpali extinguitur; Vir omnibus animæ, & corporis dotibus, morum probitate tanta, vt *Sancti* cogno-

Digitized by Google

gnomen tulerit; fortior, an ſanctior, an felicior eſſet, plerique dubitant; inplacabilis ſibi, exorabilis alijs, in omnibus vitæ partibus moderatus, omnes iuſti, ac probi viri partes expleuit; interrogatus, quale ſibi ſepulcrum extrui, qualem ſtatuam erigi, iuberet, inhibuit dicens, *Immaculata, vt potui, vita mea, ac geſta ſint mihi ſepulcrum, & ſtatua. Mariana lib.* 13. c. 9.

1253. Conradus Imperator anathemate damnatus, correptus morbo, Manfredi iuſſu veneno à Medico clyſteri, vt fama eſt, indito, extinguitur, inſtituto Conradino filio hærede; verum, antequam morbo corriperetur Henricum duodecim annorũ fratrem, quem Pater in ſpem Regni educauerat, cuique pecunię ſummam magnam reliquerat, ex Sicilia accitum, vt Regno ſimul abſque æmulo, ac theſauro

po-

potiretur, occidi iuſſit, proh ſcelus. *Fazellus*, *Blondus*, *Nauclerus*, & *Iuuenantius* eius temporis Hiſtorici referunt.

1256. Alexander IV. Papa Poſtulationes, & Capitula ad Sedem Apoſtolicam tempore Innocentij IV. à Caloioanne Græcorũ per Cizicenum, & Laodicenſem Archiepiſcopo, & Angelo Comite, atquè Theophylacto magno interprete in negotio vnionis Orientalis, & Occidentalis Eccleſiæ miſſa recognouit, examinauit, confirmauit: *Habes in ep.* 325.

1257. Guilielmus Montiſconenſis Canonicus, & Gyraldus Pariſienſis Doctor contra vtrunquè Ordinem SS. Dominici, & Franciſci inſurgentes, ac eorum inſtituta concitata etiam multitudine reprobantes, à S. Thoma Aquinate Ord. Præd. & à S. Bonauen-

tura

tura Ordinis Franciſcani conuicti, & confutati, celebri decreto ab Alex. IV. edito reiecti ſunt, nam Guillielmus bonis omnibus nudatus, exilio punitus eſt, Gyraldus verò paralyſi primùm, dein lepra diuinitus immiſſa interijt. *Bzouius ad hunc annum.*

1259. Albericus Taruiſij Tyrannus à ciuibus captus, filijs ſex ipſo inſpectante membratim diſcerptis; vxore, ac filiabus viuis combuſtis; ipſe, cui tam dierum ſpectaculum morte ipſa fuerat acerbius, equi caudæ alligatus per ſalebras, ac ſenticeta raptatus furentis Populi rabiem, quam immani ſæuitia accenderat, exſatiauit. *Bzouius ad hunc annum* refert.

Michael Palæologus filio impuberi à Theodoro Orientis Auguſto Tutor datus per ſummum ſcelus obcœcato

F puero

puero, Orientale Imperium occupat; tùm Balduinus Auguſtus, Iuſtinianus Patriarcha cum cætera nobilitate latina, in Italiam ſe receperunt. Hæc in Græcia accepta clades eſt per Venetorum, Genuenſiumque inteſtina diſſidia, qui eodem anno de Imperio Ptolemaidis, quod vnum Chriſtianis in Syria reſtabat Emporium, inuicem digladiantes, Latinis in Greciam nullam tulere opem, cauſaque ijdem fuere, vt in Syria res Chriſtiana perderetur. *Annal. Flond. lib.* 9.

1260. Scythæ hoc anno Poloniam deuaſtantes, ingentem Chriſtifidelium multitudinem martyrio coronarunt; Et quidem Sandomiriæ in Cœnobio FF. Prædicatorum id mirum accidiſſe *Mechouius* rerum Polonicarum ſcriptor *lib.* 3. *cap.* 44. refert. Nocte antecedente ad eam cladem, qua 49. eius cœ-

nobij

nobij Fratres interfecti pro Chriſto ſunt, matutinæ dum horæ perſoluerentur, Nouitius quidam indiculum Martyrologij ad diem ſequentem de more pronunciaturus, extemplo litteris aureis, nouos, & inſolitos characteres exaratos aſpexit eum in modum; *Sandomiriæ paſſio* 49. *Martyrum*; legeret, an taceret, conſtitit dubius; dubio tandem depoſito recitauit aureum edictum. B. Iadochus Prior, & cæteri, qui aderant Fratres lectione inaudita obſtupuerunt; tùm Iadochus diuinitùs inſpiratus, edixit Fratribus, conſecuturum mox eorum pro Chriſti fide martyrium, vt re ipſa accidiſſe *Mechouias loco cit. Crom. lib.* 9. *Bzouius ad hunc ann.* ſcribunt.

1262. In oppido Vulſinij Vrbeuetanæ ciuitatis Sacerdos quidam ſacra operans de mirabili illa panis in cor-

Digitized by Google

pus, de vini in ſanguinem tranſubſtā-tiatione dubitat; protinus ex conſecrata hoſtia viuus ſanguis vbertim effluxit, qui totum corporale inficiens non plus admirationis, quam timoris adſtantibus incuſſit; re delata ad Vrbanum IV. qui tum Vrbeueteri morabatur, Corporali ſanctè depoſito ab Epiſcopo loci, Vrbanus feſtum Corporis Chriſti quotannis agendum inſtituit, atq; ita litem in Eccleſia Dei diù agitatam, An reuerà hoc feſtum peragendum eſſet, diremit. *Ciaconus in Vrb. Scriptor ſpeculi exempl. in calce.* Vide *Bullam Tranſiturus*.

1265. Clemens IV. filias, quas antè Sacerdotium ex iuſtis nuptijs ſuſceperat, humilioris fortunæ viris exigua cum dote collocauit; ea adiecta conditione, ne quid præterea flagitarēt; alijs conſanguineis imperauit, ne ad ſe ſpe

lucri

Digitized by Google

lucri venirent ; Nepoti tria ſacerdotia habenti, optionem dedit, vt quod vellet ex ijs retineret, reliqua duo ſtatim dimitteret; Amicis hanc nimiam erga ſuos ſeueritatem demirantibus, ac vellificantibus, reſpondit ; *ſe magis Deo, quam carni, ac ſanguini acquieſcere velle, Deum namque velle, vt reditus ſui in pias cauſas erogarentur, neque eum eſſe dignum Petri ſucceſſorem, qui plus cognationi, quam* pietati, *& Chriſto tribueret*. Legitur in eius *epiſt.* 1. quæ incipit, *Multis de noſtra promotione gaudentibus*. Vide *Sanctum Antoninum* 3. *par. tit.* 28. *c.* 1. *Fulgoſium lib.* 4. *c. Claudium Clem. cap.* 1.

1268. Conradinus ex Germania vna cum Federico Auſtriaco ad occupandum Regnum Neapolitanum cum veniſſet, inito prælio cùm Carolo Andegauenſi victus, fuſuſque breui cym-

ba conſcenſa, fuga ſalutem quærit, ſed ex anulo ad comparãdum panem dato agnitus, captus, & Carolo datus vna cũ Federico ſecuri percutitur. *Claudius Clem. cap. 18. Blondus lib. 8. Nauclerus, Collenutius in hiſtor. Neapol.* referunt.

Et quidem Romanus Pontifex Clemens IV. cum Conradinum in Hetruria primo venientem vidiſſet, dixiſſe fertur; *En victima, quæ ad aras agitur. Platina, & Paulus Aemilius in Ludou. IX.* ſcribunt.

Verum cùm Vrbeueteri commorãs concionem ad Populum haberet Clemens, pauxillum conſtitit, quaſi Diuina contemplaretur; tùm contemplatione excuſſus ita Populum monuit, *Eià agite; excurrite, circumſpicite Eccleſiæ hoſtes victos, fuſos.* Nam pridiè Conradinus à Carolo expugnatus au-

fu-

Digitized by Google

fugerat, quod cùm ex interuallo locorum, & temporis peruenire ad aures Clementis minimè potuiſſet, à Deo illi id reuelatum, piè eſt creditum. *Ioan. Villan. lib. 6. c. 28.*

Conſultus à Carolo quid de Conradino iam capto agendum eſſet, reſpondiſſe fertur. *Vita Conradini mors eſt Caroli, Mors Conradini vita eſt Caroli.*

Hoc eodem anno à Saracenis Antiochia capta magna cum Chriſtianorum ſtrage, Moniales ibi Cœnobio quodam clauſæ, nè pudicitiæ iacturam facerent, naſum ſibi ex condicto omnes ad oris deformitatem contrahendam præciderunt. *Boſius lib.* 10. *Leander lib.* 2. ſcribunt.

1270. Hoc anno, quo Manicheorum, & VValdenſium Hæreſes denuo exortæ ſunt, Diuo Bonauentura, &

Digitized by Google

D. Thomas Aquinas Eccleſiæ Chriſti tanquam duo fulgentiſſima lumina illuxere, & quidem tantus in impugnãdis Hæreticis, Manichæis præſertim D. Thomæ ardor fuit, vt aliquando à D. Ludouico Rege Gallorum ad conuiuium inuitatus, atque menſæ aſſidens in extaſim raptus in ea verba erupерit: *Concluſum eſt contra Manichæos. Bzouius ad hunc an.*

1272. Meto Scytharum, ſeù Tartarorum Rex Aytonis Armeniæ Regis hortatu, Chriſti fidem recepit. Is veræ, & Chriſtianæ pietatis cultor factus, cum ab eodem Rege, & hoſpite didiciſſet, Hieroſolymam, in qua certa Dominicæ paſſionis viſerentur argumenta, & in his ſacratiſſimum ſepulcrum, ab impijs Saracenis teneri, hortareturque ad eam armis vindicãdam; Haalon fratri id bellum commi-

ſit;

Digitized by Google

ſit; ipſe vero cum ingenti exercitu Babylonem Caliphę Mahometani ſedem cępit. Vrbs exciſa eſt, non ſexus, non ętatis diſcrimen vllum habitum, omnis multitudo ferro perempta, immenſum auri pondus, gazaque omnifariam Caliphæ ſtudio congeſta, Regem, & exercitum ditauit; tum per iocum Haalon fratri Meto dixit; *Aequum eſt, tam quæſtuoſum hominem cibis veſci non niſi pretioſiſſimis; Ite igitur, & Caliphã, medijs auri, gemmarumque ſtatuite; his veſcatur epulis: has illi affatim ad omnia ventris deſideria miniſtrate.* Ità ille plures dies aſſeruatus, inedia conſumptus eſt. Nupſit Haaloni regia puella, quæ vt ſacra loca veneraretur, in Iudæam conceſſerat, ſed eius hortatu deſtruxit Haalon omnia Mahumeti templa, afflixitq. paſſim eius delirij cultores. *Sabellicus Enneade 9. lib. 7.*

1273.

Digitized by Google

1273. In Rodulphi Hasburgenſis (ad quem opera Greg. X. è Sueuorum domo Romani Imperij adminiſtratio translata fuerat, hoc anno 1273.) coronatione, cùm Principes Germaniæ ſacramento fidelitatis ſe obligari deberent, neque ſceptrum adeſſet, quod manu contingerent, Rodulphus arrepta Cruce ad eos dixit; *Ecce ſignum in quo nos, & totus mundus redemptus eſt; hoc ſigno vtamur loco ſceptri*, ipſe deoſculatus imaginem Crucifixi, omnes Proceres adeò commouit, vt ſceptro non expectato, in ſignum crucis manibus poſitis, ei iuramentum homagij præſtiterint. *Steron in Annalibus.* Ab hoc Rodulpho inclyta progenies Auſtriaca ſuum ducit genus, & ab eadem paterna linea Carolus II. Hiſpaniarum, & Indiarum Rex. Leopoldus Ignatius, qui hodie Romano Imperio

 præeſt,

præeſt, originem traxerunt: ex eadem inclyta ſamilia 14. enumerantur Imperatores. Legitur in Gregorio X. & apud alios claros ſcriptores. Vide c. *Venerabilem de elect. & electi poteſtate.*

1274. Concilium Generale à Gregorio X. indicitur Lugduni, quo conuenerunt Epiſcopi 500. Abbates 60. & alij Prælati circiter mille; in eo multa fuerunt decreta pro electione Summi Pontificis, pro expeditione in Saracenos, pro vnione Eccleſię Græcę cum Latina. *Genebrardus lib. 4. Euerardus Archiepiſc. Ratiſponen. in chron. Ciaconus in Greg. X. & Abraham Bzou. ad hunc ann.* referunt. Vide pro elect. S.P. c. *Vbi periculum lib. 1. tit. 6. de elect. & electi poteſtate. c. ne Romani tit. 3. de elect. & electi poteſtate in Clementinis.*

Ad pretioſam S. Thomę Aquinatis mortem, quæ hoc An. contigit in Mona-

naſterio Foſſęnouæ non procul Priuerno euanuit Cometes, qui triduò anteà fulgere cœperat. Albertus M. valdè abſens inter prandendum ſoluitur in lachrymas, & cauſam rogatus, *F.* inquit, *Thomas de Aquino filius meus in Chriſto, qui fuit lumen Eccleſiæ, hodie ex hac luce migrauit*. Cùm eidem chriſtiano more, iuſta perſoluerentur, mulus, quo ad Lugdunen. Concilium vtebatur vocatus à Greg. X. diſruptis vinculis ad ſacrum Corpus vltrò pergit, ibiq. nullo anteà tentatus morbo, corruit exanimis. *S. Antonin. Chron. p. 3 tit.* 23 *c.* 6: §. 11.

1275. Obijt hoc anno Mathildis filia Florentij Comitis Hollandiæ prodigioſo partu, quo filios promiſcui ſexus 366. enixa eſt; Hi poſtquam à Guidone Epiſcopo Traiactenſi in peluio quodam ſacro Baptiſmate abluti

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, & maſculis quidem Ioannis, fœmellis Eliſabeth nomen impoſitum, vnà cum matre obiere: ferunt, hoc accidiſſe Mathildi, quòd mendicanti fœminæ ſtipem poſtulanti, & concitandę miſericordiæ cauſa gemellos oſtentanti, reſpondiſſet: *duos partus non niſi à duobus viris fore genitos*, nam illa pudicitiæ ſuæ conſcia: *Oro*, inquit, *Deum, vt tot parias ipſa, quot ſunt dies in anno*. *Annal. German.* referunt.

1276. Hadrianus V. recens Summus Pontifex creatus ad ſuos, qui ob tantam illi collatam dignitatem gratulabundi occurrerant: *Vtinam*, inquit, *me Cardinalem proſpera valetudine, non moribundum Pontificem inueniſſetis*; Polycrates eius præfamiliaris ſæpe dicentem audiuiſſe refert hoc memorandum. *Nullum ſe ab hoſte quodlibet maius ſupplicium optare, quàm vt ſummum*

Pon-

Digitized by Google

Pontificatum aſſequeretur. Maſſonius in Hadriano V.

Michael Palęologus, & Andronicus filius confeſſionem fidei ex Concilij Lugdunen. decreto conceptam ediderunt, coram Legatis Ioannis XXI. (qui Petrus Hiſpanus in arte Dialecti-ca, & Medicina benè inſtructus, antea dicebatur) Primatum Romani Pontificis, dignitatem Romanæ Eccleſiæ ſupra cæteros omnes conteſtati ſunt. *Bzouius ad hunc ann.* Vide *epiſt.* 9. 10. 242. *lib.* 2: *Priuileg. Eccleſiæ Romanæ.*

1277. Ioannes Caietanus familia Vrſinus à moderatione animi cognométo *compoſitus*, cum ſub nomine Nicolai III. Summus Pontifex ſalutaretur, onus intolerabile detrectabat, & lachrymarum imbre profuſo, ne ſibi illud inferrent, deprecabatur. Vide *eius epiſt.* 1. *Bzouium ad hunc annum.* Plures

Ni-

Digitized by Google

Nicolaus ex ſuis cõſanguineis ad Cardinalatum promouit, vt haberet, quos confidentius, & tutius Caroli Regis Siciliæ tyrannidi opponeret, ſumpto à Chriſto Domino exemplo, qui plures agnatos ad Apoſtolatum elegit.

1278. Sacerdotem, qui Sanctiſſimam Euchariſtiam deferebat, deriſerant apud Treuiros nonnulli, ſuper põte choreas ducentes; at fracto mox ponte demerſi perierunt fermè ducenti. *Cauſ. Ephem. hiſt.*

1279. Rodulphus Rex Romanorum, Principum Germaniæ conuentu habito plurima oppida, Vrbeſque Nicolao III. & Eccleſiæ Romanæ conceſſit. Extat huius donationis *diploma in Arce S. Angeli.*

1281. Ioannes Vercellenſis Dominicani Ordinis Mag. Generalis Nicolao Tertio demortuo ſufficitur. Ve-

rum

rum antequam nuntium ſuæ electionis acciperet, è viuis exceſſit. *Platus in Annal. lib. 2. cap.* 18. *Leander lib.* 2. Nonnulli electionem Ioannis Vercellenſis tanquam fabuloſam, & fictam reijciunt, tanquam inuentam à quopiam in Dominicanum Ord. ſtudioſo, quia iam pridem fictè alius Franciſcani Ord. profeſſus in Summum Pontificem electus, & breui vixiſſe, ferebatur.

1284. Tutici, quod eſt Apuliæ oppidum, viuere deſijt Carolus Primus vtriuſque Siciliæ Rex; & quia eiuſdem natu maior filius (cui pariter Carolo nomen erat, & regnum debebatur) Meſſanæ apud hoſtes attinebatur, Gerardus Blancus Parmen. Cardinalis Epiſcopus Sabinen. à Pontifice Neapolim delegatur, qui Caroli II. nomine regnũ adminiſtret. *Beatil. hiſt. Beneu. l.* 3

1285.

1285. Cum ad Martinum IV. ſummum Pontificem non nemo propinquorum veniſſet, magnas opes ab eo ſe poſſe conſequi, exiſtimans, Martinus modicum quid ei contulit, & dixit, *Bona Eccleſiæ, Chriſti, & pauperum, non ſanguinis coniunctorum eſſe. Ciaconus in Martino IV.*

1292. Obijt Martinus IV. Summus Pontifex magna cum virtutis, & & ſanctitatis fama, cognatis, & affinibus nihil ſe plus debere aiebat, quàm cuiuis bono; quare domeſtico illo ſolutus vinculo curas omnes in communia Reip. Chriſtianæ commoda conuerterat; Imò hoc, aiunt, eum ſæpe dicere ſolitum, *multò ſe malle coquum eſſe, quàm Cardinalem. Platus lib. 2. Annal. Franciſc.*

1294. Petrus Moronus apud Samnium natus prope Sulmonam ſolita-

riam vitam degens, cum bienniò vacaſſet ſedes, Pontifex inuitus eligitur, & Cœleſtinus V. appellatur, cumquè è cellula educeretur, nulla vi adigi potuit, vt equum conſcenderet. Aſello vehi paſsus Vngariæ, & Siciliæ Regibus ipſum comitantibus. Verùm Pontificijs curis admotus, cum ægrè ſe tãtum onus ſuſtinere fateretur, omni conatu adhibito, vt gradu cederet, tandem obtinuit; vt renunciato Pontificatu cellulam repeteret. Suffectus eius loco Benedictus Caietanus, Boniſacius VIII. dictus. *Ciaconus in Cœleſtino V.*

Floruit eodem anno Latinus ex Ord. Prædic. S.R.E.Card. fertur compoſuiſſe Proſam illam: *Dies iræ, dies illa.* & alteram de B. Virg. *Stabat Mater doloroſa. Annal. Florentina.*

Hoc anno Nazarena Domus in Picenum Angelorum miniſterio tranſ-

lata

lata eſt. *Turſellinus in Libello de Lauretana Domo lib.* 1.*cap*.6.*& ſeqq. Baron. ad ann*.9. dicta eſt Lauretana à Laureta vetula, quæ poſſidebat nemus, in quo quieuit Domus; ibi Arbores naſcuntur intortæ, & quaſi etiam nunc eſſent ſupplices, & precariæ. *Felix Aſtulphus in Mag. Miracul. Mariæ lib*.9.

1295. In Hiſpanijs duo Rabini magnæ auctoritatis, quiquè, vt Prophetæ habebantur, affuturam populi Iudaici redemptionem die 10. Septẽbris, vaticinati ſunt; ſed ea die omnibus Synagogam intrantibus, Crucis ſignum in cuiuſquè veſte apparuit. *Alphonſus lib*.3.*formal.fidei*.

Adulphus Imperator legatione ad Bonifacium inſtituta obſequium illi ex more præſtitit, Romanæ Eccleſiæ ſe ſub poteſtate perpetuò futurum per ſacramenti religionem ſpopondit.

dit. *Raynald. ad hunc annum.*

1297. Bonifacius VIII. purpureum indumentum Cardinalibus, vt purpureum galerum antea Innocentius IV. dederat, conceſſit, tum primus duplici thiara vſus, nam ſuperiores Pontifices vnius tantum, vt ex *Sugerio Abbate* conſtat, vſum habebant.

Vrbanus V. omnium primus triplici coronamento thiaram ſuam ornari, voluit, *Alemanno teſte c. 13. diſſert. hiſt. de Pariet. Lateranen. Victorell. in addit. ad vitam Bonif.*

1298. Sextum Pontificij iuris Codicem Bonifacius Octauus euulgauit. Terræmotu vehementi Orbis ferè vniuerſus concuſſus eſt, qua re territus Bonifacius Reate, vbi tum erat, domunculam exilibus ex tabulis, vbi degeret, patenti in clauſtro Dominicanorum Cœnobij excitari, iuſſit. *Fran-*

ciſcus

ciſcus Bandimons in chron. refert. *Carolus Cartharius* in Syllabo fol. 22.

1300. Hoc anno ſęculari magni Iubilęi celebritas inſtituitur, indicitur, patet ex littera Encyclica Bonifacij, quæ incipit, *Ad certitudinem præſẽtium*, & quidem Chriſtiani Principes ad Iubilæi celebritatem, & ſimul ad ſacrum Bellum inuitantur, præeunte, & hortante præſertim ad id Caſſano Scythatarum Rege, qui Armeni Regis filia, chriſtiana fœmina ducta, illius ſuaſu Chriſtianus factus, Perſas ſubegit, tum Syria maiori ex parte potitus, Hieroſolymam petebat, ſacrá loca à Turcarum tyrannide liberaturus.

Hoc anno Ottomanus Ottoguli Turcarũ Principis filius Imperij Turcici fines auxit, firmiora fundamenta iecit, à quo cæteri illius gentis Reges traxiſſe nomen, glorioſum ſibi exiſti-

marunt, licèt enim 500. ante annis Turcæ è Scythia profecti ſedes in Aſia collocaſſent, tamen neque Regem, neque Imperatorem habebant, ſed diuiſi per Tetrarchias, & regulos dominabantur, niſi quòd metu Gothifredi Buglionij Solymanum tumultuarium olim Ducem creaſſent. *Genebrardus lib.4.*

1302. Philippus Galliæ Rex aduerſus Eccleſiam, & Summum Pontificem Bonifacium, qui Apameam oppidũ in libertatem Eccleſiaſticam vindicauerat, plura molitur; At Bonifacius in illum excommunicationis gladium perſtrinxit, tum præclaram illam Conſtitutionem de duplici Eccleſiæ gladio, atque Apoſtolica auctoritate edidit. Habetur ea Conſtit. *c. Vnam ſanctam. extra de maior. & obed. tit. 8. epiſt. 52.*

Lit-

Litteras mutuas conuicijs refertas, nomine Philippi Pulchri ad Bonifacium Octauum, & huius ad illum ſcriptas, quas in ſuo libro Carolus Degraſſalius inſeruit, ab aliquo Hæreticorum confictas, notant *Gretſerus c. 56. libri de munificentia Principum in ſedem Apoſtolicam, & Paulus Aemilius lib. 8. Annal. Franc. Victorell. in addit. ad vitam Bonif. VIII.*

1303. Gerardus Sedis Apoſtolicæ à Latere Legatus leges inter Carolum Andegauenſem, & Federicum à Bonifacio Papa anno ſuperiori latas, ità ex dignitate, & commodo Sedis Apoſtolicæ temperatas ſanciuit, vt Federicus 15. florenorum quotannis millia cenſus nomine Romanæ Eccleſiæ perſolueret, liberam Rom. Pontifici in res ſacras poteſtatem relinqueret, in Pontificis ipſe verba ex præſcripto iuris fi-

duciarij eius Regni iuraret; non Siciliæ, ſed Trinacriæ deinceps Rex appellaretur. *Surita lib. 2. Fazellus deciſ. 2. lib. 9.*

Hoc eodem anno Philippus Galliæ Rex eò veſaniæ peruenit, vt clam ſubmiſſis copijs Bonifaciũ Anagniæ morantem comprehenderit in ſolio Pontificalibus indutum veſtibus, ac imperterritum, ſed triduò honeſta ſub cuſtodia habitum ciues Anagnini ſumptis actutùm armis, Bonifacium, eiuſque ex fratre nepotes in libertatem vendicant. Verum Bonifacius ſummo animi mœrore ex his ærumnis concepto, emoritur 5. Idus Octobris. *Carolus Cartharius in Syllabo fol. 3.*

Nicolaus ex Ord. Prædic. Card. Oſtienſis loco Bonifacij ſuffectus Benedictus XI. eſt dictus, magnam ſibi ſanctimoniæ famam ab omnibus maximè

verò

verò à Principibus Chriſtianis compa-
rauit inſigni exemplo, quo matrem
ſuam pauperculam ſuperſtitem adhùc,
quæ abluendis F. Prædic. veſtibus vi-
ctum quærere conſueuerat, non aliter,
nec alio modo agnoſcere, & tanquam
matrem excipere voluit, quàm vulga-
ribus, obſoletis, ac vilibus veſtibus
indutam, cum prius pretioſis indumē-
tis venuſtè ornatam reieciſſet. *Bzouius
ad hunc annum, & Leander lib.* 3. re-
ferunt.

1304. Philippum Galliæ Regem
illatam, ſe auctore, Bonifacio vim per-
negantem, affinem ſe tamen noxę fa-
tentem, ac veniam poſtulantem, com-
munioni fidelium reſtituit, Gallię Re-
gnum ab interdicto, Columnenſes ab
excommunicatione Benedictus XI. li-
berat; ſed exacto nondum Pontifica-
tus anno non ſine veneni ſuſpicione
in-

interijt; oblati enim ſunt Benedicto menſæ accumbenti flores, & ficus à Iuuene quodam, qui ſe ancillam quarundam Monialium effinxerat. Refert *Leander l.* 3. Verùm illud Peruſiæ moras trahentem Iacobus Aragonius per Oratores, vt Chriſti Vicarium veneratur, & fidelitatis iuramentum renouat coram Bonifacio Octauo emiſſum ob Corſicæ, & Sardiniæ regna. *Hernand. de Caſtel. hiſt. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 7.

1305. Bertrandus Burdigalenſis, qui neque ex Purpuratorum ordine erat, neque Comitijs aderat, prorogatis fermè per annum Comitijs, Pontifex eligitur, Lugduni inauguratur, Clemens V. appellatur; tunc in Gallias trãslata eſt Sedes Apoſtolica haud ſine omine, nam muri cuiuſdam caſu multi de plebe, & Proceres aliquot oppreſſi, aut luxati, tum ipſe Pontifex

equo

Digitized by Google

equo deturbatus excuſſo diademate carbunculum ingentis pretij amiſit. *Bzouius*, *Platina*, & *Victorellus* ſcribunt.

1306. Philippus Galliæ Rex è toto Regno Galliæ Iudæos expulit, quòd eorum quidam per ſummam impietatem Chriſtianam hoſtiã à muliere emptam in ahenum feruẽtis aquæ coniecerat; Verum Pariſienſis Epiſcopus re vulgata domum Iudæi ingreſſus vnà cum Clero inuentã in aheno hoſtiam nitidiſſimam repertam, ac plane illæſam in templum retulit. *M. Chron. Belg ex lib. 3. Fortalitij*, & *Bzouius* ſcribunt.

1307. Clemens V. in Andronicum Orientis Imperatorem tanquam ſchiſmaticum excommunicationis gladium diſtringit. Vide *extra lib. 5. de ſent. excommun. tit.* 10. Legatus Pontificius in In-

Inſubria ingentes turmas à Dulcino quodam, & Margarita coniuge excitatas ad promiſcuos concubitus more ferarum inducendos, armis compreſſit. Sectæ Duces flammis tradidit; ob eandem hæreſim Valterus quidam in Germania multis cum aſseclis exuſtus eſt. *Blondus dec. 2. lib. 9. Bernardus Lucemburgenſis, Chron. Hirſang.* referunt.

1308. Clemens V. Ferrariam à Venetis ad Francolinum inſigni victoria occupatam recuperat. *Bernardus Cor. p. 2.* Veniam, & pacem iiſdem poſcentibus dare diù detrectat, ſed tandem Franciſci Danduli patientia ſane mirabili impetrata eſt anno 1310. nam is collo ferrea catena iniecta ad Pontificis menſam tandiù iacuit, donec patriæ pacem, ac veniam impetrauit, quo facto canis illi nomen inditum eſt. *Sabellicus Ennead. 9. lib. 8.*

Digitized by Google

1309. Roberto Caroli Regis filio Regnum Neapolitanum, Vngarorum Regi negatum, iure fiduciario Clemens V. conceſſit, cum is antea ſingulis annis die feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli octomillia vnciarum auri titulo feudi numerare Roman. Pontifici pro tempore exiſtenti, promiſiſſet, & Vrbem Beneuentanam in pleno iure Romani Pontificis reliquiſſet. Extat diploma huius Inueſtituræ in *Neapolitano Archiuio lib.* 1. *I. H.* 1306. *Indict.* 7. *fol.* 1. & refert Summont. *lib.* 3. *cap.* 3.

1310. Amedęus Allobrogum Princeps Cruceſignatorum inſtructus copijs Rhodum obſidentes ingenti claſſe Turcas vicit, fuditque; ex hac victoria magni nomen adeptus, gentilitijs inſignibus has litteras deinceps addidit, F.E.R.T. Fortitudo eius Rho-

dum

dum tenuit; cumque prius Aquilarum imaginibus clypeos ſuos exornarēt Allobrogũ duces, has in crucem cãdidam rubenti in campo nitentem mutarunt. *Boſius p.2.l.1. hiſt. mil. Hieros.*

1312. In Concilio Viennæ Allobrogum coacto abolitionis ſententia in ordinem Templariorum lata, illorum opes, & bona Hoſpitalarijs equitibus adiudicata ſunt. Bonifacij memoria ab omnibus calumnijs, præcipuè verò ab Hæreſis nota inuictè defenſa, ac vindicata eſt, præſentibus Philippo Galliarum Rege, eius fratribus, ac Gulielmo Nogareto, auctore, & actore præcipuo tragediæ in Bonifacium excitatę, qui propterea crimen confeſſus, & veniam demiſsè poſtulans, multis pœnis mulctatus, anathemate ſolutus eſt. *Maſſonus lib.3. hiſt. Franc. in Philippo, Ioannes Villanus lib.9. cap. 22. Bernar-*

Digitized by Google

nardus Guido in Clemente V.

Ferdinandus Caſtellæ Rex cũ duos viros nobiles Caruaiallos fratres patratæ cędis accuſatos, nec crimen faſſos, neque teſtibus conuictos, è rupe præcipites dari iuſſiſſet, in ius coram ſupremo Iudice dicendum 30. die ab eorum morte vocatus ab innoxijs viris, ipſo die trigeſimo in ipſo ætatis flore annum agens 25. in lecto exanimatus, eſt repertus. *Lypſius in monitis ex Mariana lib.* 15. *cap.* 11.

1314. Hoc anno nequè Cardinales viginti tres, neque Septemuiri in Germania conuenire vnquam potuere, illi vt ſummum Pontificem eligerent, vt *ex Platina, Ciacono, & Maſſonio* habetur; hi, vt Imperatorem; tandem electione Ludouici Bauari in diſcordia, & dolo peracta, electionis decretum futuro ſummo Pontifici ad cognitionem

tranſ-

Digitized by Google

tranſmittendum decreuerunt: *Chriſtophorus Gemeoldus in ſuo de Septemuiratu Commentario*; ex his patet, quàm palmariter mentiantur, qui in negotio electionis Imperatorum nullam partem Summum Pontificem habere, iactant.

1316. S.R.E. Cardinales à Philippo Pictauienſi Comite Gallicani Regni poſt Ludouici obitum adminiſtratore ad Conclaue tandem conuocati, & ferè adacti, Cardinalis Neapolionis Vrſini opera Iacobus Cardinalis Portuenſis Aquitanus Pontifex eligitur; Ioannis XXII. ſibi nomen aſſumit, admonituſque à Neapolione de pacto, & iureiurando, quo ſe obſtrinxerat de in Vrbem transferenda ſede, haud ægre ſe ipſum ſoluit, cum enim ſpopondiſſet; nec equum; nec mulam aſcenſurum, niſi Romam

pe-

Digitized by Google

peteret, quòad vixit, huiuſmodi iumē-tis non inſidens, ſolutum ſe à pacto, & iuramento exiſtimauit. *Ciaconus*, & *Maſſonius*, ex pluribus hiſtorijs referunt.

1317. Fraticellos, qui mutuos cō-cubitus virorum, ac mulierum licitos eſſe ſenſerunt; nil proprium eſſe habendum, Reſpublicas non eſſe à Chriſtianis adminiſtrandas, aliaquè deliria ad captandam vulgi auram diſſeminabant, opportuna ſanctione Ioannes XXII. compreſſit, eius initium eſt; *Sancta Romana, atque vniuerſalis Eccleſia*. Refert *Prateolus lib.6. de Vitis, & ſectis Hæreticorum*.

1319. Hoc anno Ioannes XXII. Matthæum Vicecomitem, qui Mediolani dominium ſibi vſurpauerat; Ludouicum Bauarum, qui Romanum Imperium, vel inuito Summo Pontifice, re-

Digitized by Google

tinebat, & demum Rainaldum Ateſtinum, qui Ferrariæ dominium, quod ad iuriſdictionem eccleſiaſticam pleno iure ſpectabat, cœtu piorum excluſit. *Blõdus dec. 2. lib. 9. Petrus Bizarus hiſt. Genuen. lib. 1. chron. Boſſiana de rebus Mediolan. Io. Baptiſta Pigna hiſt. Ateſt. li. 4.* ex fide referunt.

1320. Perſecutiones vbique locorum contra Iudęos motas Ioannes XXII. compreſſit, vniuerſis Chriſtianis perſcribens, vt Iudæos ab inſolentijs aliorum tuerentur, quòd ipſi ſint in teſtimonium Chriſtianæ fidei, quaſi per miraculum reſeruati. Habetur *in Regeſtro Ioannis hoc anno ea de re Epiſtola num. 592.*

Ladislaus Polonię Rex ſolemni apparatu regia inauguratur corona. Poſt illatam ſancto Stanislao Cracouien. Epiſcopo necem nullus antè hunc id ſibi

Digitized by Google

bi honoris vindicauit, nam in eius criminis pœnam adempta Poloniæ fuerat regia dignitas, quam poſteà reſtituit Ioannes XXII. *Bzouius ad hunc annum.*

1323. Ludouico Bauariæ Duci in Regem Romanorum electo ob ſuppetias Vicecomitibus Mediolani Ducibus contrà Eccleſiam latas diem dicit Ioannes XXII. Pontifex Auenione degens, inſtructo prius, vt aiunt, proceſſu, & excommunicatione interminata, niſi intrà trimeſtre, ſe coram adſit. *Villan. hiſt. lib.* 9. *c.* 292.

1328. Ludouicus Bauarus diris à Ioanne Pontefice deuotus, ab eius ſententia ad Concilium Generale, atque ad futurum Pontificem prouocauit, tum Romam accedens, Capitolium inijt, fauſtèque exceptus à ſuis, auguſtali diademate vna cum coniuge à Sar-

ra, ſeù Stephano Columna redimitus apud Vaticanum Ioannem Pontificem exauctorare præſumpſit, & Petrum Corbarium, qui Nicolaus V. dictus eſt Summum Pontificem conſtituere. Verùm Ludouicus anno 1347. apoplexia correptus interijt, & Nicolaus Pſeudopontifex reuerſo in Germaniam Ludouico Bauaro in vincula coniectus Auenionem ad Ioannem miſſus, abiurato ſchiſmate, veniam à Ioanne impetrauit. *Bzou. ad hos annos.*

Iacobus Columna Stephani filius in Area Sancti Marcelli Romæ coram nõ paucioribus, quàm mille ciuibus ad hoc vocatis, proceſſum contrà Ludouicum Bauarum, qui Imperatoris nomen vſurpabat, à Ioanne Vigeſimoſecundo inſtructum recitat, ſuiſquè ipſe manibus eiuſdem Eccleſiæ valuis affigit. Exindè conſcenſo cùm quatuor

Co-

Digitized by Google

Comitibus equo fugam arripit, fruſtrà inſequentibus, quos Bauarus tunc Romæ degens ad eum retrahendum miſerat. *Io.Vill.hiſt.lib.* 10.*c.*71.

1331. Ioannes XXII. abſtinuit ab illa quæſtione de nimis tarda viſione Dei concedenda Iuſtis poſt diem Iudicij, quia erat Eccleſiæ Dei pernicioſa. *Genebr. chron. lib.* 4. *Crantz Vandal.l.* 8 *cap.* 16. *Ciaconus in Ioanne XXII.* Vide *c.Maiores extra de Baptiſmo*, & *c. Apoſtolicam extra de Præsbytero non baptizato.*

1334. Obijt hoc anno Ioãnes XXII. nonagenario maior, vndeuigeſimo anno Pontificatus exacto. Ab bellum ſacrum, & ad hoſtes Eccleſiæ arcendos ducenties centena aureorum millia reliquit; bonarum artium fuit, ac omnis generis litteraturæ ſtudioſiſſimus. Verùm quia eum à legendo tùm ſenium,

Digitized by Google

tùm curarum pondus abſterrebat, is ſanè rem gratiſſimam Ioãni ſe feciſſe, certiſſimus eſſe poterat, qui compendio perſtrictos libros, ac penè defloratos obtuliſſet. *Bzou. in Ioan. XXII.*

1335. Benedictus XII. humili loco apud ſuos natus Ioanni ſucceſſori datur, & vti erat ſapientiſſimus, ac doctiſſimus, quæſtionem illam de nimis tarda viſione Dei concedenda iuſtis, diremit; definiuit enim iuſtorum animas peccati labe ſolutas mox in Cœlum recipi, ac beatifica diuinæ eſſentiæ viſione frui. *Ptolomæus Lucenſis in Benedicto* XII. *Alphonſus de Caſtro lib.* 3. *hæres. verbo Beatitudo. Hereſi* 6. *Concil. Florent. ſeſſ. vltima. Et Tridentin. ſeſſ.* 25.

1339. Quia Chriſtianis commercia cum Infidelibus prohibita eſse, pro comperto habemus, Clemens VI. hoc

anno

anno poteſtatem Venetis fecit, vt per quinquẽnium liceret cùm ſex triremibus circa Alexandriam, Aegyptiaque littora negotiari, per biennium verò circa Syriæ littora, quibus ex negotiationibus, tum primum ex Oriente in Italiam aromata, ſericum, gemmæ, & vniones cum maximo publicarum, priuatarumque rerum quæſtu, & incremento delata ſunt. *Petrus Iuſtinianus lib.4. rerum Venetarum.*

1341. Didymaichi in Oriente ciuis cuiuſdam nobilis vxor matrimonialem caſtitatem ferri igniti, ſeu candentis circumlatione probauit; *Cantacuz. hiſt. lib.* 3. *c.* 27. Verum hæc probatio, quamuis à Deo aliquando fuerit miraculis comprobata, à ſacris Canonibus reprobata eſt propter rationes à Sancto Thoma Aquinate 2. 2. *q.* 95. *artic.* 8. ad 3. allatas, quòd ſuperſti-

tioſa videatur, & Deum tentare. Vide *c. Conſuluiſti. c. Mennam* 2. q. 5. *& c. Dilecti extra de purgatione vulgari:*

1342. Clemens VI. tùm Romanorum ciuium precibus motus, tum viſione quadam Reuerendæ cuiuſdam perſonæ manu duas claues geſtantis, dicentiſq. ad Clementem, *Aperi oſtium, & ex eo ignem mitte, quo caleſiat, & illuminari valeat totus mundus*, Iubilæi magni annũ ad 50. decurtauit more Moſayco. refert *Albericus à Roſate in ſuo diction. verbo Iubilæus annus, legitur in Clem. apud Platinam; Sabellicus, Card. Viterbienſis*, alijque eius temporis Hiſtorici ſcribunt.

1343. Cum per obitum Roberti Regis Ioanna, & Andræas coniuges relicti à Roberto Regni Neapolitani Hæredes, impares per ætatem Regno adminiſtrando eſſent, Clemens VI. Ay-

me-

mericum Cardinalem Legatum dum illi pubeſcerent, Vicarium, & Baliuum, vt dicunt, conſtituit. Habetur *in Cod. Colum. M.S.*

1344. Ioannæ Caroli Ducis Calabriæ filię Regnum Siciliæ iure fiduciario Clemens conceſſit, adiectis conditionibus S. R. E. valdè proficuis; Has inter, vt Romanæ Sedi cenſus nomine quotannis octo vnciarum auri millia perſolueret, equumquè album traderet. Habetur homagij, & iuramenti forma in Archiuio Neapolitano apud *Summont. lib.* 3. Aurei quoquè numeri correctionem hoc anno fecit *epi.* 305. Iudæis ſignum, quo à Chriſtianis diſcernerentur, aſſignauit. *epiſt.* 881. cenſum à Rege Aragonum ex regnis Sardiniæ, & Corſicæ Clemens exegit. *epiſt.* 47.

1345. Monitis, ſeu precibus Canta-

tacuzeni Imperaaoris Concilium pro vnione Græcorum cum Latinis conuocare Clemens renuit, quia pluribus in Concilijs Græcorum cauſa, ſæpe diſcuſsa, redierunt ſemper illi ad vomitum priſtinos reſumentes errores; ſolemne eſt Hæreticis Iudices petere, & Concilia, ſed vbi dati fuerint, à ſententia eorum aliò appellare; Teſtes ſint Donatiſtæ, qui controuerſiæ cum Cęciliano Iudicem flagitarunt, datus eſt à Constantino Imperatore Melchiades Papa, abſolutus eſt Cęcilianus, damnati Donatistæ; non acquieuerunt, ſed alius tributus, à quo etiam condemnati ſunt; damnata eſt pertinacia, ſed non compreſsa, aut victa; in quam rem audi *D. Auguſtinum epiſt.* 167. *Puto, quòd ipſe Diabolus, ſi auctoritate Iudicis, quem vltrò elegerat, toties vinceretur, non eſſet tam impudens, vt*

in

in ea cauſa perſiſteret. Sectarij noſtri temporis nihil auidius, aut inſtantius petierunt, & expectauerunt, quàm generale Concilium, ſed Concilio Tridenti conuocato, celebrato, nil minus in proprijs erroribus perſtiterunt. *Bzou. ad hunc ann.*

1347. Carolus Quartus Rex Romanorum Tridenti iurauit, donauit, confirmauit, innouauit ſingula, & omnia, quæ alij Imperatores iurarũt, confirmarunt, donarunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sedi Apoſtolicæ, cui ſe non modo amicum, ſed etiam defenſorem promiſit. extra *Priuil. in Archiuio molis Adriàni.*

1348. Ioanna Calabriæ, & Apuliæ Regina ex Andegauenſium Ducum ſanguine Vrbem Auenionenſem, quæ erat eius patrimonium, Summo Pontifici Clementi VI. & Sedi Apoſtolicæ

octo-

Digitized by Google

cenſu decem millium aureorum Clemens Papa conceſſit. *Corius hiſt. Mediol. p. 3. Pigna hiſt. Ateſtinæ lib. 4.* Non ingratus beneficij Opitius in Bononia iuribus Eccleſiæ vindicanda, in pace inter Venetos, & Ianuenſes procurãda mirum in modum Clementem adiuuit. *Petrus Iuſtinianus de rebus Venetis lib. 4. Petrus Bizarus hiſt. Genuen. de bello Veneto lib. 2.*

1352. Innocentius VI. Clementi VI. demortuo ſubrogatus, omnibus Prælatis, quibus cura animarum impendebat, vt ſuas in Eccleſias proficiſcerentur, mandauit, illud ſempiterna memoria edixit. *Oues à ſuis Paſtoribus, non à mercenarijs paſcendas eſſe. Platina, & Ciaconus in Innocentio VI.*

1355. Romæ Carolus IV. Romanorum Imperator à Sedis Apoſtolicæ Legatis coronatus, eidem Apoſtolicæ

Sedi

Sedi omnia obſequia præſtare, quæ in antiqua formula præſcripta ſunt, promiſit, iurauit. Extant hæc *lib.* 3. *Priuil. Rom. Eccleſiæ pag.* 132. 234. 328. *& in Autographo in Mole Hadriani.*

1356. Edita hoc anno eſt Bulla aurea Carolina, quam per extenſum refert Bzouius hìc; in qua pietas, ac munificentia Caroli IV. Romanorum Imperatoris ad inuidiam Hęreticorum noſtri temporis præſertim, mirè elucet. Porrò Innocentius anathema in quoſdam, quorum conſilijs Petrus Caſtellæ Rex bona Cardinalium occupauerat, tulit. patet *ex eius epiſt.* 46. Ne familiares Papæ, niſi coram Summo Pontifice conuenirentur, conſtituit. *epiſt.* 121.

1358. Berengarius Comes Barcinonenſis ciuitatem Tarraconēſem Eccleſiæ Romanæ hoc anno vectigalem

fecit,

fecit, adeoque in hæreditatem adſcripſit D. Petro Apoſtolorum Primati. *Monum. Archiuij Vatic.*

1839. Caroli Imperatoris precibus vt Clementis V. ſanctiones, alterã *Romani Principes tit. de iureiurando*; alterã *Paſtoralis tit. de ſent. & re iudicata* reuocaret, Innocentius auditis, ad Comitium Purpuratorum retulit, quibus firmum, nè Conſtitutiones antiquarentur, quòd forent multa cùm ſolemnitate editæ, cum magna deliberatione decretæ, & in Concilio Generali Viennen. multo Conſiſiorum libramine põderatæ, ac demum cæteris Conſtitutionibus Apoſtolicis in corpore iuris Canonici inſertæ. refert *Bzou. ad hunc annum*.

1360. Aegidius Cardinalis S.R.E. ac Sedis Apoſtolicæ Legatus magni animi conſtantia Bononia armis Barnabonis

bonis Vicecomitis obſeſsam nominè S.R.E. tutatur, defēdit; imò inito pręlio in Salariæ Vico victoria pro Aegigidio ſtetit, adeo vt multi ex fortioribus obſidentis exercitus ceciderint, plurimi capti, ipſe Barnabas manu ſaucius vix fuga euaſerit. *Pigna lib.* 4. *Blondus dec.* 2. *lib.* 10. *Ian. in Barnaba.*

1361. Naſcitur hoc anno Auguſti Cæſaris filius Vinceslaus, ſed cum luſtrali aqua tingeretur, lotio eam aſperſit; nondum bimulus, cum coronaretur, aram aluo egeſta inquinauit, quare idem omen ex eo ſumptum, factumque vaticinium, quod aliud de Coſtantino Copronymo ſupra retulimus, futuram, videlicèt, eo regnante ſacrorum contaminationem. *Dubrau. hiſtor. Boem. lib.* 23.

1362. Cum mortuo Innocentio VI. Cardinales in Comitijs nemini ex purpu-

puratis PP. Pontificatum deferre voluiſſent, eam dignitatem detulerunt Gulielmo S. Victoris apud Maſsilienſes Abbati Sedis Apoſtolicæ in Regno Siciliæ Nuntio; tùm illum occultè vocatum Auenionem, Summum Pontificem ſalutarunt, is Vrbani nomen accepit, illudquè Dauidicum protulit, *à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. M. Villani lib.* 11. *& Maſſon. in Vrb. V.*

1367. Vrbanus V. bis à Latronum colluuie, qui tunc in Gallia graſſabantur, impeditus, ne Romam peteret, hoc anno triremium claſſe à Venetis impetrata, Auinione ſoluens, Maſſiliam delatus, tum Romam, vbi maxima omnium ordinum gratulatione exceptus eſt.

Acceſſit tum temporis Romã Paulus Conſtantinopolit. Patriarcha ab

Orientis Imperatore miſſus pro nego-tio vnionis cum Latinis, & pro impetrandis contrà Turcas ſuppetijs; omnia ſe facturum Vrbanus promiſit, tùm litteras Paulo, & tres orbiculatos cereos, *Agnus Dei* vocamus, miſit, octaſticon addito, quod ſic ſe habet.

Balſamus, & munda cera cum Chryſmatis vnda
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum
Fonte velut natum per myſtica ſanctificatum
Fulgura de ſurſum pellet & omne malignum
Peccatum frangit, vt Chriſti ſanguis, & angit,
Prægnans ſeruatur, ſimul & partus liberatur,
Dona ferens dignis, virtutem deſtruit ignis,
Portatus mundè de fluctibus eripit vndæ.

Auctor cæremon. S. R. E. li. 1. *ſect.* 7. ſcribit; *Ioan. Molanus Theol. Louanien.* antiquum vſum benedicendi Agnos Dei contra Sectarios probauit. *orat.* 1.

1368. Ioannam Siciliæ Reginam ad Baſilicæ Vaticanæ gradus excepit, ad aram maximam deduxit, vbi ſacro

ſo-

ſolemniter peracto, auream Roſam ex antiquo Romanorum Põtificum more benedictam, eidem obtulit; tum etiam enſem auratum in die Paſchatis à ſe conſecratum, dum ſacra operaretur, eidem Reginæ ſacro adſidenti Vrbanus obtulit. *lib. diuerſ. Chron. Regni Siciliæ M. S. in Archiu. Vaticano numer.* 454.

Dum à Faliſcis Romam Vrbanus regreditur; Carolus IV. Imperator ab Vrbis ianua, qua ingreſſus eſt Vrbanus, ad Vaticanam vſque Baſilicam pedes ipſi Pontificij equi fręnum manu prehendit, deduxit, vbi & deſilienti ſtapedam tenuit venerebundus. *Corius hiſt. Mediol. p. 3. & M. chron. Belgio.*

1369. Non abſimile obſequij genus, quod anno ſuperiore Carolus Auguſtus Summo Pontifici præſtiterat, præſtitit & Ioannes Palęologus Oriē-

tis Imperator eidem Vrbano V. Viterbio Romam reuertenti, cũ prius ſchiſma adiuraſſet, fidei Catholicæ profeſſionem emiſiſſet Romæ coram Sedis Apoſtolicæ Legatis, audiente frequentia populorum innumerabili. Adeſt exemplar abiurationis, & profeſſ. fidei in *Mole Hadriani*.

1370. Cum res Romanæ, totiuſq. Eccleſiaſticæ ditionis Vrbano non ex voto ſuccederent, Auinionem reuertitur, vbi lethali morbo ſtatim correptus interijt, impletumque eſt vaticinium Sanctæ Brigittæ tùm Romæ commorantis, quo per Confeſſarium ſuum Vrbano prænuntiauerat; *Si Romam deſereret; fore, vt ſtatim Auenionem reuerſus, moreretur. Gobelinus ex lib. Reuelat. S. Brigittæ*.

1375. Ioannes Cantacuzenus, & Imperator Conſtantinopolit. D. Baſilij inſti-

Digitized by Google

ſtitutum profeſſus, apertiſſimis verbis, & magno ſpiritu aſſeruit Primatum Romani Pontificis ſupra omnes quotquot ex grege ſupremi Paſtoris ſiuè oues ſunt, ſiuè agni ſimpliciores populorum, non tantum imperiali dignitate, ſed etiam Pontificali faſtigio inſignes, hic enim eſt vnicus lapis offenſionis Gręcis ſchiſmaticis, quòd, ſcilicèt, Papa Vrbis Romæ cæteris Paſtoribus, & ipſi etiam Patriarchæ Conſtantinopolitano præferatur. Laudauit Greg. XI. tùm Pontifex ingenuam tanti viri Orthodoxiam *epiſt.* quæ incipit; *Inter deſideria cordis noſtri.*

1376. Vinceslaum Caroli IV. filium non pluſquam ſexqui annum agentem in Romanorum Regem eligi, & inaugurari Greg. XI. conceſſit, ea adiecta conditione, vt exemplo Henrici VII. Imperatoris, & Caroli IV. eius

Digitized by Google

Patris ex præſcripta formula iuraret, *Bona Eccleſiæ Romanæ non occupaturum, libertatem eccleſiaſticam non violaturum, quin potius Aduocatum, & defenſorem Eccleſiæ futurum*. Patet id ex eiuſdem Gregorij litteris datis Auenione Nonis Maij Pontificatus anno ſexto.

1377. Auenione diſcedit Romam conceſſurus Gregorius XI. maximè ad id eum hortante Sancta Catharina Senenſi Auenionem à Florentinis pro pace, ac benedictione à S.P. impetranda, miſſa; Referunt *Surita lib. 3. Mariana de rebus Hiſp. lib. 17. cap. 18. Stephanus Carthuſianus in Vita Sanctæ Catharinæ*.

Pro libertate Eccleſiaſtica tuenda Carolus IV. Conſtitutionem edidit, quæ incipit. *Et ſi imperialis benignitatis clementia*. Eam per extenſum refert *Bzou. ad hunc ann.*

1378.

1378. Hoc anno è viuis exemptus eſt Gregorius, cuius haud poſtrema laus eſt, quòd fratres, & nepotes nullis titulis inſigniuerit, nec eorum precibus, aut aliarum rerum difficultatibus deterreri potuerit, quò minus ſedem Pontificiam in Vrbem referret. *Maſſonius, & Ciaconus in Greg. XI.*

1379. Vrbani VI. electionem ad Pontificatum legitimam, canonicam contra Robertum Antipapam hoc miraculo oſtendit Deus; Aquilanus Epiſcopus à ſchiſmaticis ſeductus, vt pőtificios honores Roberto deferret, proceſſionem ſolemnem ſua in Vrbe inſtituit, imaginem Antipapæ affabrè depictam, Vrbani verò ſtatuam ex ligno ſculptam aſello cuidam impoſitam, collo craſſo fune alligato delaturus. At vix ea proceſſione inſtituta, aere clariſsimo, ſereno cœlo, nubes teter-

rima, dœmonibus plena viſa eſt, ex qua tot fulgura, fulmina, tonitrua, aquarum defluuia eruperunt, vt plures domus euerſæ, plures homines necati, animalia interempta, maior pars Vrbis diruta ſit, tum dœmones vexillum imagine Antipapæ execrandum diſcerpſerunt; rapuerunt, ſtatua Vrbani remanente prorſus illæſa; etiã ab aquis immunis. *Chron.Pontiſ. Leodien.* Vrbanus Regno Neapolitano Ioannam Primam Reginam priuat, ob exceptum in caſtro, cui ab Ouo nomen eſt, & adoratum Pſeudo-Pontificem Clem.VII.*Summont.hiſt. Neapolit.p.* 2. *lib.*3.*cap.*4.

1383. Dum in Anglia Hæreſis Vuiclephi vires ſumeret, alibi Deus miraculis fidem Catholicam illuſtrauit; nam Moguntiæ, quæ ciuitas eſt Germaniæ celeberrima, ſacra cruce affixi

imago,

Digitized by Google

imago, vnà cum alijs Diuorum iconibus ab homine ſceleratisſimo impie conuulnerata, ſanguinem ex vulneribus ſtillauit. *Theodoricus Greſemundus* ſcripſit.

1384. Coniuratio ſchiſmaticorum, & Pſeudo-Cardinalium aduerſus Vrbanum Sextum legitimum Pōtificem, & verum Chriſti Vicarium à Cardinali Manupello Vrſino detegitur; altera coniuratio aduerſus Angliæ Regem, qui partes Vrbani tuebatur, Deo ità diſponente, à coniuratorum altero reuelatur, ac ſic de vtroquè atrox pœna exacta eſt. *Niem. lib.* 1. *cap.* 42. 43. *Cranzius*, *Vualſingham*, *&* *Summontius* ſcribunt.

1385. Die S. Thomæ Cantuarienſi ſacro Vuiclephus paralyſi corripitur, & die Sancto Sylueſtro dicata diem vltimum obijt, quòd in vtrumquè

San-

Digitized by Google

ctum iniurias in concione diſſeminauerat, illum quidem regiæ lęſæ maieſtatis reum, hunc vero immani ſcelere obſtrictum, quòd poſſeſſionibus à Conſtantino Magno donatis clericos ditaſſet. *Bzouius ad hunc annum* refert.

1386. Carolus Siciliæ Rex Maieſtatis Pontiſiciæ reus à coniuratis vulneratus, mox coniectus in vincula in Arce Viſsegradi ſtrangulatur; corpus in S. Andreæ Aede ſine pompa reconditum, paulo poſt ex diſciplinæ eccleſiaſticæ formula effoſſum, ſpectaculum videntibus fuit, ſic Deus legitimi ſui Vicarij Vrbani eſt vltus iniurias à Carolo illata. *Bonfin. dec. 3. li. 1. rerum Vngaricarum.*

1388. Vrbanus dum Tibur contendit, inſidias Romanorum metuens primum ab Heremita quodam per viſum

ſum admonito, dein à Romanorum oratoribus, demum viſions Beati Petri Apoſtolorum Principis Romam verſus in aere apparentis ſuaſus, Romam regreditur. *Platina in Vrbano. Sãctus Antoninus. p. 3. tit. 22. c. 2. §. 14. Sũmontius lib. 4. Theodoricus lib. 1. c. vltim. Cranztius lib. 10.*

Pro Clemente Septimo Pſeudopõtifice contrà legitimum Chriſti Vicarium Vrbanum Sextum ſtabat Epiſcopus quidam Sluſæ oppido Flandriæ, dum ſacras Ordinationes habere parat in Eccleſia Beatæ Virgini dicata, eam, nullo, quòd ſciatur auctore, magnum corripit incendium, cui auertendo Populus Epiſcopum cum ſuis Præsbyteris eijcit, vnicam tanti mali cauſam ratus, nam & ijs expulſis, illicò extinctum eſt, non ferente Dei Matre, vt ſua in Eccleſia ſchiſmaticus id muneris

ris obiret. *Ant. de Balinghem Kalen. SS. Mart. et Virg.*

1389. Iubilæi magni feſtum ad annum 33. in memoriam Chiſti vitæ annorum Vrbanus reduxit. Habetur ex litteris Innocentij Septimi ad Regem Angliæ ex Conſtit. Pauli II. Ineffabilis ex Conſtit. Sixti Quarti, Paſtoris æterni. Victorell. in hiſt. de 12. Iubilæis p. 2. tùm feſtum Viſitationis B. Virg. die 2. Iulij celebrandum pro extirpatione ſchiſmatis indixit, ſanctèque obijt. *Ciaconus, Platina, Maſſonus, Theodoricus Niem in Vrbano VI.*

1392. Carolus Gallorum Rex in phręneſim incidit; idque flagellum, & Dei iuſtam punitionem eſſe Bonifacius IX. de gente Tomacella illuſtri Neapolitana, qui Vrbano ſucceſſerat, dixit, quòd ſæpius admonitus ſchiſma tollere, & Antipapam deſerere noluerit.

luerit. *Guagninus de rebus Galliæ; Mariana lib.* 18. *de rebus Hiſp. cap.* 16. referunt.

1398. Tamerlanus Scytharum Rex Orbis terror, Dei ira dictus, ab Emanuele Palęologo Orientis Imperatore copias, quas ante nemo fortaſſe habuit, ſecum trahens, Perſis, aliiſque gentibus deuictis, Baiazetem Turcarum Regem victorijs aſſuetum, ingenri prælio vicit, capturnquè, ac ferrea inclusum cauea ad ludibrium reſeruauit; ferunt enim captiuum aſcenſuro equum Victori ſubſtratum tergũ præbuiſſe; eius fortunæ Baiazetes impatiens capite ferris clatris alliſo ſpontè ſibi mortem conſciuit. Ceſſit hæc Tamerlanis victoria in maximũ rei Chriſtianæ commodum, nam Baiazetis captiuitate, Conſtantinopolis, & Chriſtiani Europęi ſeruati ſunt. *Sabellicus*

En-

Digitized by Google

Enneade 9. lib. 10. Chalcondylas lib. 3. de rebus Turcicis; Io. Dubrauius lib. 15. hiſt. Boem.

1399. Richardus Angliæ Rex cõſtitutiones contrà Immunitatem Eccleſiaſticam edit, ſed eodem anno Populi tumultu redactus in ordinem, paulo poſt inedia extinguitur. *Polydorus Virgilius* narrat.

1400. Hoc anno comprimendi ſchiſmatis cauſa magnum Iubilæum Bonifacius IX. celebrauit, quamuis non ità pridem Vrbanus Sextus ad an. 33. redactum in memoriam annorum vitæ Chriſti celebraſſet. *Theodoricus Niem lib. 2. de ſchiſmate c. 16. Naucler. & Pigna* ſcribunt.

Vuinceslao Imperatore ignauo, & inerti auctoritate Bonifacij IX. ab electoribus exauctorato, Roberti recens electi contra Vvinceslaum Imperatoris

ris Oratores Bonifacius in Vrbe excepit, gratijs, & fauoribus Apoſtolicis Robertum, & Oratores cumulauit. *Sanctus Antoninus 3.p.tit.22.c.3.§.34. Theodoricus Niem lib.2.de ſchiſmate c.5.* referunt.

1401. In Italiam profecturus Robertus nouus Imperator antequam loco moueret, fidem ſuam Bonifacio, & Sedi Apoſtolicæ ex more priſco, & ex formula vſitata obſtrinxit; ſe non ad oppreſſionem Pontificis, aut Eccleſiæ Romanæ proficiſci, ſed ad illius dignitatem, ad iſtius verò libertatem tuendam, ad iura, & bona vtriuſque à Tyrannis vindicanda, ad ſchiſma peſtilentiſſimum tollendum, ad omnia Sedis Apoſtlicæ commoda promouenda. *Sanctus Antoninus in ſua hiſtor. tit.22. cap.3.§.33.34.36.37. Corius de rebus Mediol.p.4. Pigna de rebus Ateſt.lib.5.*

Vizani

Digitized by Google

Vizani de reb. Bonon. li. 6. Paulus Bombinus Cong. Somaſchæ de reb. Magni Sfortiæ lib. 1. et alij Hiſtorici eius temporis referunt. Miſſis ſuo nomine Proceribus ad Synodum Epiſcoporum Henricus Angliæ Rex Vviclephi hæreſim extirpare conatur; mox tàm egregij facinoris à Deo prȩmium accepit, nam cultrum aculeatum ſtramẽto ſuppoſitum ad eius necem paratum, inopinatò deprehendit, atque ità certum mortis periculum Henricus euaſit. *Vvalſingham in Henrico IV. M. S. Biblioth. Vatic. de rebus Anglicanis* referunt.

1409. Alexandet V. Summus Põtifex Ladislaum Neapolis Regem cenſurarum vinculis implicat, quòd Pſeudopontificem Gregorium ſuam in vrbem ſolemni pompa excepiſſet, declarauit à Regno deciduum. *Summ. hiſt. Neap. p. 2. lib. 3. c. 3.*

1411.

Digitized by Google

1411. Ioannes XXIII. ante Pontificatũ Balthaſsar Coſsa Neapoli patre equite conſpicuo natus, & durante ſchiſmate trium Pontificum, Summus Pontifex renunciatus, Ladislaum Regem in bello vincit, Vrbe Leonina bene munita ambulacrum fornicibus innixum è Vaticano in Arcem Aeliam magnis ſumptibus ædificat; tum Ladislaum aduerſus Eccleſiam contumacem diris deuouet, Regno Neapolitano, & Hieroſolymitano exuit, eius ſubditos à iuramento fidelitatis exoluit. *Bzou. ad hunc ann.*

1414. Contigit hoc anno Regis Ladislai mors (vt eſſe ſolet peccatorũ) peſſima; aiunt enim, puellæ opera, cuius corpore Rex abutebatur, veneno pudendis illito, quaſi ad Regis gratiã, amoremque captandum, nulla maſculini ſexus prole relicta, interemptum,

atque extinctum in violatę toties Pontificiæ dignitatis, & maieſtatis, Deo vindice, iuſtisſimam pœnam. *Bzou. ad hos ann.* ex alijs Hiſtoricis refert.

1418. Synodus Generalis à Ioanne XXIII. prius Romę indicta pro tollendo ſchiſmate trium Pontificum, quod diù Eccleſiam vexauerat; Conſtantiæ tandem celebratur, vide *Tom. 3. Conc. p. 2. ſub Ioan. XXIII. et Martino V.* vbi Ioannes XXIII. & Gregorius XII. ſponte Pontificatum abdicarunt, Benedicto verò Lunenſi, Synodi decreto exauctorato, Otho Columnenſis in Pontificem ſummum electus, & Martinus Quintus dictus, Germanorum, Gallorumque precibus haud adduci potuit, quin Romam peteret, illud dictitans, *Rectorem nauis in puppi ad clauum, non in prora eſſe, oportere*. Tum Sigiſmundus Occidentis Imperator fręnum

Digitized by Google

num equi Pontificij à dextris, à ſiniſtris autem Dux Auſtriæ tenens abeũtem Martinum, vterque pedes extra vrbem eduxit. *Surita Annal. lib.* 12. *c.*69. *Platina*, *&* *Ciaconus in Martino Quinto. Bugatus de rebus Mediolan. li.*5. ſcribunt.

1420. Hoc anno Corporis Chriſti ſub accidentibus panis veritas enituit; nam apud Schiddam Hollandiæ oppidum fertur Virgo Deo dicata annos duos de triginta nullo cibo, potuuè', ſolo Dominici corporis ſacramento per ſingulos dies Dominicos accepto victitaſſe; Verùm, cùm Sacerdos exploraturus, an ſola Chriſti corporis virtus fœminam ſuſtentaſſet, hoſtiam haud quaquam cõſecratam eidem attuliſſet, ſtatim illa viribus deſtituta, parum abſuit, vt efflaret animam, niſi opportunè Dominicæ Euchariſtiæ obla-

Digitized by Google

tio præſto fuiſſet. *Crantius lib.* 11. *rerum VVandalicarum cap.* 3. refert.

Euangelia manu Diui Marci Grę̨co idiomate verſa Venetis delata ſunt, quæ Dux, Senatus magno ſuſcepere obſequio, & pietatis oſtentatione maxima. *Paulus Mauroc. hiſt. Ven. lib.* 18.

Martini Quinti edicto damnati, & profligati Huſſitæ, ad publicum odium auertendum, Concilium Pragæ coegerunt, vbi, ſic Deo permittente, conflato inter eos ſchiſmate, duplex ſecta exorta eſt, Taboritarum vna, Pragenſium altera; & hi quidem propiùs à Romana Eccleſia recedebant, illi vetera omnia recudebant, quod & noſtrorum Patrum memoria de Proteſtantibus, & Puritanis apud Angliam vſu venit. Ex ijſdem germen aliud peſſimum prodijt Adamitarum, quibus nullum indumentum, promiſcua erant

con-

Digitized by Google

connubia, vagi concubitus,nulla temporis, lociue habita ratione, ſed hanc pluſquam cynicam obſcœnitatem nõ modo Catholici,ſed Huſſitæ ipſi auerſati ſunt, quorum Dux Ioannes Ziſca, vir alioquin perditiſſimus,illorum plurimos igni tradidit. *Syluius c.*41. *Bohem. hiſtor.* ſcribit.

1424. Hoc anno Ioannes Ziſca Catholicæ fidei hoſtis acerrimus, vt potè Huſſitarum Dux, Deo vltore, primò Monoculus, poſtea vtroque orbatus oculo, demum vlcere peſſimo percuſſus interijt; verum moriturus imperauit ſuis, vt defuncto ſibi pellis detraheretur, & in vſum timpani militaris aptaretur, terrori hoſtibus futura, ſicut ipſe viuens perpetuo fuiſſet; vt ſuũ cadauer auibus, feriſque deuorandum, inſepultum relinqueretur. *Aubertus Myræus in ſua Chronographia.*

1425. Annum Sanctum, ſeù Iubilæum Martinus Quintus celebrat, multis ad Vrbem ex Orbe vniuerſo concurrentibus, quòd pax, & tranquillitas vniuerſim eſſet, & tanta copia annonæ fuit, vt pondus tritici denarijs viginti Romæ diſtraheretur. *Ciaconus in Martino V.* Occaſione Iubilæi officium Magiſtrorum viarum renouatur. Vide Bullam *Et ſi in cunctarum Vrbis Prouinciarum*.

1427. Petro Fuxenſi Cardinali Legato Apoſtolico ad Alphonſum Aragonum Regem, Rex ipſe Alphonſus cum regia familia obuiam occurrit, reuerentiam exhibet, & tradens oſculũ, partem ei dexteram ceſſit, tùm Rex aperto capite in reuerentiæ ſignum, non prius Legatum audiuit, quàm ille Cardinalitio Galero caput operiret; tum Alphõſus ſchiſma deteſtatus Ae-

gidium

gidium Pſeudopontificem ad deſerendum Pontificatum adegit, & duobus Anticardinalibus exauctoratis, perniciosiſsimum ſchiſma triumPontificum tandem radicitus euulſum eſt. *Auctor geſtorum Card. Fuxi.*

1429. Cum plurima in orbe Chriſtiano gliſcerent in dies bella, Martinus V. Sacroſancti corporis Chriſti celebritatem nouo diplomate recolendam inſtituit, Indulgentias ab Vrbano IV. conceſſas ampliauit. vide Bullam. *Ineffabile Sacramentum.*

Eodem anno Philippus Burgundiæ, cognomento Bonus, ad exaltationem Chriſtianæ fidei in honorem illibatæ Virginitatis Sanctiſſimæ Deiparentis equeſtrem ordinem titulo Velleris aurei primus inſtituit, in memoriam reuocans illapſum Dei in puriſsimum gremium Beatiſsimæ Virginis à Vel-

lere Gedeonis olim præſignificatum; eius ordinis adminiſtratio, & regimen ad Hiſpaniarum, & Indiarum Regem Carolum Secũdum feliciſſimè propagatum hæreditario iure deuenit. *Mayerus Annal. Fland. lib.* 16. ſcribit.

1430. Obijt hoc anno Martinus V. temporum ſuorũ felicitas ob hoc prę-ſertim dictus, quòd ſchiſma nocentiſſimum quinquaginta annorum tandem extinctum eo Pontifice Eccleſia Catholica vidit. Pro ſacro bello aduerſus graſſantes in Germania Huſſitarum hęreſes Bullam Martinus èdidit; *In hac terreſtri Patria.* tum etiam Concilium Baſileenſe miſso in Germaniam Iuliano Cardinali Cæſarino, vt nomine Sedis Apoſtolscæ præſideret, indixit. Vide bullam, *Dum onus vniuerſi Dominici gregis.*

1433. Sigiſmundus Occidentis Impe-

pe-

Digitized by Google

perator pace inita cum Eugenio Quarto (qui Martino in Pontificia Sede ſucceſſerat) apud Senas vrbem ingreditur ipſo Aſcenſionis die; dein ad Pentecoſten Auguſti titulos, atque inſignia iureiurando de more præſtito, ac quadruplici diplomate confirmato, adeptus eſt; inſilienti in equum Pontifici apud Vaticanum Auguſtus ſtapedam tenuit, deduxitque eum pedes ad extremam vſq. arenam, quæ pro templo eſt. *Bzou. ad hunc ann.*

1437. 1438. Ioannes Palæologus Orientis Imperator Turcarum armis territus Eugenium Papam de vtriuſq. gentis coitione, Græcę, ſcilicet, & Latinæ interpellat. At Eugenius Ferraria ad Synodum ea de re habendam deſignata, triremibus quinque vnà cũ Legato in Græciam miſſis; eam in Vrbem Ioannes, cum Patriarcha, & Pro-

ce-

Digitized by Google

ceribus deducitur, tum rectà ad Pontificem deueniens, cum ad procumbẽdum, ac pedibus oſcula defigenda ſe accingeret, ſurrexit Pontifex, Ioãnem protinus erexit, atq. humaniter complexus ad læuam iusſit conſidere, mox omnes eum Cardinales ſalutarunt. In ſedendo hic ordo ſeruatus eſt; in maximi templi medio ara erecta eſt, in ea Euangelij textus expoſitus, ex altero templi latere Eugenius Papa conſedit, cui proximè locata eſt vacua Occidentis Auguſto ſella: è regione Ioannes ipſe conſtitit, circumque eum, ac Patriarcham eidem proximum Græci Patres, quemadmodum Latini omnes, ac in primis S. R. E. Cardinales Pontificem ipſum circumſteterunt. Verum cum lues Ferrariam inuaſiſſet, Florentiam translatus Conuentus eſt.

1439.

1439. Lecta eſt Latinè, & Græcè definitio S. Oecumenicæ Synodi Florentinæ, in qua conuenientes Græci cum Latinis, peracta eſt vtriuſque Eccleſiæ vnio, mutuuſque conſenſus in aſſerenda proceſsione Spiritus Sancti à Patre, Filioque, in aſserendo igne Purgatorij, in agnoſcendo Papæ Primatu, in Tranſubſtantiatione panis, in celebrando ſiuè in Azimo, ſiuè in fermentato. Subſecuta quoque eſt vnio Armenorum, & Iacobitarum cum Eccleſia Catholica. vide Bullam, *Lætentur Cœli*.

1440. Sub feſto die D.D. Petro, & Paulo ſacro Eccleſiæ Romanæ exercitus Nicolai Piccinini phalangem tàm teterrimè profligauit, vt à Deo vltore talem ſibi implorasse perniciem Piccininus profiteretur, ſibique, ac ſuis criminibus tantam retulit cladem: *Ioan.*

Ca-

Carolus Sarac. in Geſtis Arm. fam. p. 2.

1443. Alphonſus Rex plura in bonum Eccleſiæ, tum etiam cenſus annui ſolutionem 20. vnciarum millium pollicitus Romanæ Eccleſiæ ſe clientem faſſus, Neapolitanum Regnum ab Eugenio Papa fiduciario iure collatum accepit ea conditione, vt etiam Ferdinandus Alphonſi filius illegitimus ſucceſſionis iure potiretur. *Surita lib.* 15. *c.* 16. 17. *Facius lib.* 7.

1447. Germaniæ Principes ad hũc vſque annum neutralitatem profeſſi, tandem damnato ſchiſmate, ac Felice Antipapa poſthabito, Eugenium IV. tanquam verum, & legitimum Pontificem agnouerunt, qua de re lætus Eugenius paulo poſt obijt omnibus aduerſarijs, omnibus aduerſitatibus, auſpice Chriſto, ſuperior. *Aeneas Syluius Europæ cap.* 58.

1446.

Digitized by Google

1446. Marcum Epheſium poſt vnionem Græcorum cum Latinis, reuerſum ad vomitum, ac aliorum quoque fidelium cœtum peruertentem ſæuiſſima, vltore Deo, inuadunt ſupplicia, cum victum, quo ſumpſerat ore, iam corruptum ab aluo reuomens, eodem teterrimo fœtore, animam miſerrimè effudit. *Philippus Bergomenſis in ſupplemento chronicorum* ſcribit.

1449. Hoc anno tandem ſchiſma, quod ſub finem Pontificatus Eugenij fuerat repreſſum, compreſſum eſt, ac radicitus euulſum; nam Amadęus, Felix IV. in Antipontificatu dictus, Pontificatu ſe abdicauit cunctis Chriſtiani Orbis Principibus adnitentibus, Deo in primis ita diſponente, quem Nicolaus Quintus Eugenij ſucceſſor, lachrymis, precibus, ſolemnibus ſupplicationibus ſibi, & Eccleſiæ propi-

tium

tium reddiderat, factum eſt vnum ouile, & vnus Paſtor. Vide Bullam Nicolai V. *Vt pacis, qua nihil deſiderabilius. Mariana de rebus Hiſp. lib. 22. c. 8. Bzou. ad hunc ann.*

1450. Iubilæi celebritas magno populorum concurſu celebratur, ſed excitato Aelio in ponte tumultu, cum 200 amplius mortales obtriti, aut in fluentem Tyberim lapſi, occubuiſſent, Nicolaus V. plateolam, quę ponti adiacet, demolitus vicinas ædes, ampliorem reddidit; templi Vaticani aream latius amplificauit. *Platina, Ciaconus, et alij in Nicolao V.* ex fide ſcribunt.

1452. Romam hoc anno ingreſſus Federicus Imperator in Pontificis cōſpectum pro Vaticano templo in ſede aurea ſedentis, vt primum venit, deſiliens equo, ac propior factus, illius pedes deoſculatus eſt, mox ad paternos

am-

Digitized by Google

amplexus admiſſus ipſe, ac poſt eum Leonora ſponſa, Ladislaus Vngariæ Rex, Albertus frater, ac ſubinde Proceres alij. Poſtridiè præſtito de more iuramento de Eccleſiæ bonis, ac iuribus tuendis, auguſtalibus inſignibus vna cum vxore ornatur, à pompa ſimul ambo recedunt; at inſilienti in equum Pontifici Auguſtus ſtratoris munus exegit. *Bzou. ad hunc ann.*

1453. Mahumetes Turcarum Tyrannus orientale euertit Imperium: Conſtantinopolim, fœdere haud pridem cum Græcis inito fide turcica violato capit, & diripit ad dies feſtos Pentecoſtes, vt qui peruerſo dogmate in Spiritum Sanctum peccabant Græci, eundem vltorem agnoſcerent clade maxima diuinitus eruditi, nam fidem vnionis Eugenio IV. datam violauerant, vnde factum eſt, vt neque claſ-

ſis

ſis à Nicolao tranſmiſsa ex occidente adiumento Græcis eſſe potuerit, ventorum enim vi, locorum inſcitia, alijſque caſibus diſiecta eſt. *Aeneas Syluius epiſt.* 155. *Nauclerus generat.* 49. & alij referunt. Schiſma Græcorum à Latinis, & ab obedientia Summi Pontificis cauſam fuiſſe excidij Conſtantinopolitani. *Nicolaus Papa V. epiſt. Gennadius Græcorum Patriarcha, quem refert Bzou. lib. 6. de ſignis Eccleſiæ cap. 2. Sanctus Antoninus 3. p. tit. 22. cap. 13. & communis omnium ſenſus, & vox conteſtatur.* Hęc ſemper deplorabilis calamitas Nicolaum Quintum Pontificem tanta mœſtitudine corripuit, vt cum toto, quo ſuperſtes fuit biennio, ridentem nemo vnquam viderit. *Ciaconus in Nicolao V.*

Quidam Sacerdos in quodam oppido vlterioris Hiſpaniæ cũ fortè vel-

let

let, ægrotum cibo Eccleſiaſtico reficere, adhæſit patenæ hoſtia immobiliter; euenerat id ob cęlatam, qua erat irretitus, cenſuram, à qua abſolutus, altera eſt hoſtia refectus, nam prior in rei memoriam remanſit immobilis. *Illeſcas hiſt. Pontif. li. 6. cap.* 14.

1455. De ſua ad Pontificatum aſſumptione poſt Nicolai V. obitũ certior factus Calixtus III. à ſancto Vincentio Ferrerio, votum, quod in Cardinalatu emiſerat de Turcis bello perſequendis, renouat, tũ varijs Legationibus ad Chriſtianos Principes non modo, ſed etiam ad Tartarorum, & Perſarum Reges miſſis, illud tandem obtinuit, vt Vſuncaſſanus Perſarum Rex vno prælio cccc. millia Turcarum interemerit, idque Diuina magis ope, quã humana vi accidiſſe ipſemet Rex *in ep. ad Calixtũ* fatetur. *Plat. in Calixto III.*

L 1456.

1456. Mahumetes Vngaris bello indicto eductis cc. circiter armatorum millibus Belgradum Regni propugnaculũ obſedit; erant ea in Vrbe Ioannes Huniades eximius bello Dux, & Ioannes Capiſtranus doctrina, ac ſanctitate celebris; horum virtute factum eſt, vt hoſtis obſidionem ſoluerit, centum & amplius tormentis æneis grandioribus amiſſis, incenſis nauibus, caſtris direptis, Rege ipſo Mahumete vulnerato. In hujus tam inſignis victoriæ memoriam Calixtus Papa feſtum Transfigurationis die 6. Auguſti, qua victoria contigerat, celebrandum ſub duplici officio inſtituit. *Nauclerus vol. 2. generat. 49. Syluius, & Dubrau. de rebus Bohem. S. Antoninus 3. p. tit. 22. c. 4. §. 1. Calixtus ipſe in Bulla de eo officio* referũt.

1459. Pius II. qui Calixto ſucceſſerat, reiectis Maſſilienſibus Oratori-

bus

bus, qui pro Renato Regnum Neapolitanum petebant, idem Regnum Ferdinando Alphonſi filio concedit, quibuſdã adiectis conditionibus, quarum prima, vt cenſum Cameræ Apoſtolicæ debitum à Ioanna Regina non ſolutum, quotannis exſolueret.

Eodem anno Ducis Britanniæ Oratores, qui ei obedientiam tãquam militantis Eccleſiæ capiti, ac magiſtro profitebantur, excepit; tùm etiam Oratores Francos, quorum primus Docienſis Epiſcopus ab illo Dauidico orationem ſuam ad Pium exorſus eſt, *Secundum nomen tuum, ita & laus tua in fines terræ, Iuſtitia plena eſt dextera tua. Bzou. ad hunc ann.*

1460. Conſenſu PP. habito Mantuæ, vbi Concilium celebratũ pro bello in Turcas mouendo, definitum eſt à Pio II. appellantes à Papa ad futurum

Digitized by Google

Concilium, tanquam Hæreticos habendos, & læſę Maieſtatis reos. Vide Conſtitutionem. *Execrabilis, & priſtinis temporibus inauditus.*

1461. Carolum Galliarum Regem, vt Pragmaticam, quam ſanctionem vocabant, iuribus Eccleſiæ præiudicialem, vt reuocaret, Pius II. ſeriò admonuit; verum dum hic Summo Pontifici parere detrectat, inedia ex veneni ſuſpicione enectus, deceſſit, & ſucceſſor Caroli Ludouicus XI. filius maior adhuc extorris Pragmaticam illam abrogauit. *Videſis epiſt. Pÿ II. ad Ludouicum. Accepimus ex litteris Ven. Fr. noſtri Ioan. Epiſcopi Atrebatenſis.*

1461. B. Andreæ Apoſtoli ſacrum caput à Thoma Palęologo ex Græcia Anconam deportatum, ibique relictũ; deferri Romam Pius Pontifex iuſſit; peracta res eſt magno cum totius Vrbis

bis

bis plauſu, Pontifice ipſo, & ſacro Senatu ad Pontem vſque Miluium obuiã prodeuntibus; reconditum eſt ſacrum pignus in ipſo Principis Apoſtolorum Templo, vbi etiam num viſitur, & colitur. *Ciaconus in Pio II.*

1464. Paulus II. Petrus Barbus antea dictus, Eugenij IV. Nepos, electus Pontifex Conſtitutiones ſibi à Collegio Cardinalium, antequam ad electionem deuentum eſſet, præſcriptas, abrogauit, aliaſquè contrarias edidit, Cardinalibus ad illas firmandas addactis, indignum exiſtimans Vicariam Chriſti poteſtatem alienis ſubdi legibus. *Papien. lib.* 2. *Turſell. lib.* 2. *cap.* 1. *Michael Caneſius in Paulo II.* ſcribunt.

Vſum Purpuræ Cardinalibus, vt ab alijs Prælatis diſcernerentur, & ſubliniora ſubſellia Paulus indulſit.

Rhodiani milites miſſis triremibus

claſſem Turcicam profligarunt, Mahumetem ità terruerunt, vt is oratorem, ad redintegrandas inducias, quas fregerat, miſerit. *Boſius hiſt. Rhod. lib.* 8.

1465. Diem Podiebraccio Bohemiæ Regi ad Regni, Procerum, & Catholicorum omnium querelã dixerat Paulus Pontifex, qui elapſo eidem conſtituto termino ſententiam in eum tulit, qua Regno olim male parto, deterius deinde adminiſtrato exutus eſt, ſubditis eius ſacramento fidelitatis ſolutis; tùm Rochiana præcipuus Regis adminiſter, dum ad hæreſim ſuam ex condicto tuendam, ex condicto ſe ſe accingeret, Deo vltore, paralyſi correptus, linguæ vſum amiſit. *Papien. lib. 6. Commentariorum. Miechouius. li.* 4. *c.* 68. *M. S. Vatic. num.* 3923.

1468. Paulus Pontifex cum audijſſet, Romã Federicum Auguſtum pro-

pe-

perantem ſoluendi voti cauſa, Legatos quatuorEpiſcopali dignitate ornatos obuiam miſit, tum eo propiùs accedente Cardinales duos, qui bidui iter procederent, demum Pontifex alto ſolio Vaticano in templo erecto inſidens ſacra facturus ad oſculum pedis, & manus excepit, tùm etiã ad amplexum, & oris oſculũ admiſſus Imperator in ſacra veſte miniſtrauit, ſacrumq. vetuſto ritu Euangeliũ non inſcitè decãtauit. *Card. Papienſis Comment. lib.* 7. ex fide refert.

Carolus Burgundiæ Dux Vrbem Leodienſem vaſtauit; quòd vinctum detineretEpiſcopum Ludouicum Borbonium; in Vrbem, quam vaſtauerat, ingreſſus eſt eadem hora, qua Chorus canebat in Eccleſia, omnia, quæ feciſti nobis Domine in vero iudicio feciſti, quia peccauimus tibi. *Petrus Opmeerus in op. Chron. li.* 6. *pag.* 427.

Digitized by Google

1470. 1471. Audita Chalcidis, vulgò Negroponte, à Turcis obſidione, Paulo II. ad Diuinam opem implorãdam ſupplicationes ſolemnes indixit, ipſe nudis pedibus ſacras reliquias Romæ circumtulit, ſacrum Iubilæum ad ann. 25. contraxit, demum claſſe valida in eorum mare immiſſa, Mahumetem Turcarum Tyrãnum ad pacem petendam coegit. *Sabellicus Ennead.* 10. *lib.* 7. *Iuſtinianus hiſtor. Ven. l.* 9. Verum paulò poſt apoplexia correptus repentina morte ſublatus eſt, cum eadem die hilaris, ac lætus Conſiſtorium habuiſſet. *Ciaconus, & Platina in Paulo II.*

1472. Oliuerius Caraffa S. R. E. Cardinalis Neapolitanus Legatus à Sixto IV. qui Paulo ſucceſſerat ad Ferdinandum Regem Neapolim miſſus; Pontificiæ claſſis Præfectus Smirnam

no-

Digitized by Google

nobiliſſimam Vrbem è Turcarum manibus ereptam, vi captam, direpramquè deleuit; Anno ſequenti Romam regreditur pompa propemodum triũphali, Camelos præda Turcica onuſtos, militaria hoſtium ſigna, ipſoſquè captiuos Barbaros præ ſe agens. *Iuſtinianus hiſt. Ven. lib.* 9.

Ludouicus XI. Galliæ Rex ſui Regni pacem B. Virginis ope impetraturus, eam ab omnibus exorari Salutatione Angelica in meridie recitata, pręcepit, ideoquè certo campanarum ſonitu omnes admoneri. Indè cõfirmata laudabilis ea cõſuetudo eſt, quę totum Chriſtianum orbem peruaſit. *Matth. in Iudic. Politic. cap.* 3.

1473. Rodericus Borgia Legatus in Hiſpanias à Sixto IV. miſſus, exceptus eſt ab Henrico Rege apparatu ſplendido ſub ymbella, Regé ipſo ad ſini-

ſiniſtram incedente; Conuentu dein procerum indicto, actum de decimis ex Regni Sacerdotijs in bellum Turcicum exigendis, quæ ægrè demum impetratæ ſunt. *Mariana lib.* 23. *c.* 18. 19. *Card. Papien. epiſt.* 534. Sixti IV. admonitu copias in Thraciam Rex Vngariæ educit, egregias de Barbaris victorias ſexies reportauit, nec vnquam fertur cum his congreſſus, quin victor redierit. *Sabellicus Enneade* 10. *lib.* 7. *P. Iuſtinianus lib.* 9.

1475. Celebrat hoc anno Sixtus IV. ſolemne Iubilæum ad ann. 25. contractum; Carlottam Cypri Reginam, nec non Catherinam Boſnæ Reginam ob Turcarum arma ſuis Regnis extorres, ac profugas ſummis honoribus excepit, beneficentia fouit, *Ciaconus in Sixto IV. Boſius hiſt. Rhod. lib.* 9.

Stephanus Dacorum alpeſtrium Pala-

latinus non ſupra 30. militum millia ſecum trahens cum 180. Turcarum millibus gloriosè dimicat, eaquè cæſa in acie relinquit; quod ille vni Deo acceptum referens, quatuor indè ſuccedentes dies pane tantum, & aqua tolerat ieiunans. *Mart. Crem. de rebus Polon. lib.* 28.

1476. Feſtum B. Mariæ Virginis Immaculatæ Conceptionis celebrantibus noxarum veniam Sixtus Quartus indulſit, eandem omnino, quam ij referunt, qui ſacrã Chriſti corporis celebritatem recolunt, duplici ad id Conſtitutione edita prima *Præexcelſa*, altera *Graue nimis*. Vide etiam Bullam Gregor. XV. *Sanctiſſimus*, Vrbani VIII. *Imperſcrutabilis*, Alexandri VII. *Sollicitudo omnium Eccleſiarum*.

1480. Mahumetes extremæ Italiæ oram adorſus Hydruntum expugnat,

tum

tum ſuperi maris litora incurſans Lauretanæ Domus direptioni inhiabat; & ſanè quam plures à vicinis incolis exactæ diligentiæ pro Sancta Domo cuſtodienda, at tutanda, incaſſum fuiſſét; niſi ipſa loci Pręſes Virgo Beatiſſima Domui ſuæ præſidio fuiſſet, nam ad Sacræ Domus conſpectum ingens repentè tremor totam Turcarum inuaſit aciem, cunctosque inuitos licèt, è veſtigio referre pedem coegit, ſtupore attonitos, quod non ſine miraculi commendatione fateri poſtea Turcæ ipſi coacti ſunt; verùm nec ijs impunè ſacrilegus conatus fuit, nam ſuperbiſſimus Tyrannus ſequenti anno ſubita morte extinctus, Hydruntum à Chriſtianis receptum, Turcæ Italia expulſi ſunt. *Albinus de bello Hetruſco, et Hydruntino. Brutus li.7. hiſt. Florent. Panuinius in Sixto IV. Bizarus lib. 15. hiſtor.*

Ge-

Digitized by Google

Genuen·Turſell.hiſt.Lauret.lib.2.cap.4. *Iacobus Volater. in Diariis M. S. Vatic. hoc ann. num.* 3944. referunt.

Expugnata Hydrunto, ac vaſtata, Turcarum Ductor Acubatius octingẽtos ſelegit primarios viros, iuſſoſquè ante ſe ſtare, vt fidem Chriſti abnegarent, tentauit modis omnibus, verum conſtantes capite plecti iussit, mandauit. Primus omnium, cui nomen Antonius Primaldus, qui alios confirmauerat in fide, capite diminutus ſtetit immobilis, nec vllo impulſu deijci in terram potuit; cùm alij ſocij conciderunt, & ipſe ſuccubuit. *Summ. hiſtor. Neapol. p. 2.*

1482. Petrus Bagarottus contemptor Põtificiæ poteſtatis, tetra lue, Deo vltore, extinguitur, nam cũ Veneti in Ferrarienſi bello à Pontifice Maximo anathematis interdicto prohiberentur,

bel-

bellum proſequi, & à Senatu Veneto ſuper ea re à Patauino Iurecconſultorũ Collegio conſilium peteretur, quid facto opus foret, ne Veneti eo anathemate ligarentur, neuè conſcientia territi ab inceptis deſiſterent, alijs alia cõſulentibus, Petrus omnium primus conſilium dedit, Appellandum eſſe à ſententia Romani Pontificis ad futurum Concilium. Accitus Venetias ad huiuſmodi commentum firmandum, teterrima tunc lue in Venetos graſſante, & ipſe eodem morbi genere correptur interijt. *Bernard. Scardeo lib. 2. hiſt. Patauin.* ſcribit.

1483. Diuinæ prouidentiæ miraculo contigit, vt hoc ferè eodem tempore, quo Lutherus ad Eccleſiæ ruinam emerſit in Saxonia, Loyolæ in Cantabria ad eiuſdem defenſionem Ignatius Societatis Ieſu fundator illuxerit, &

Chri-

Digitized by Google

Chriſtophorus Columbus nouũ Chriſtiana fide imbuendum Orbem Terrarum patefecerit, ſicut olim quo anno Pelagius diuinæ gratiæ inimicus apparuit, ortus eſt in Africa Sanctus Auguſtinus eiuſdem diuinæ gratiæ defenſor acerrimus. *Cocleus de actis Luther. Florimundus de origine Hæres. lib. 1. c. 5. Aubertus Myræus in chronol. Genebrar. lib. 4. chronol.*

Quo tempore Ariana hęreſis in Gothis, & Vandalis propagata Orbem Chriſtianum infecerat, Sancti Benedicti conuerſatio ſancta, & Doctrina catholica vniuerſam Chriſti Eccleſiam illuſtrauit. *Ciaconus in Gelaſ. I. Victorell. in addit.*

1486. Innnocẽtius VIII. qui Sixto ſucceſſerat, in Ferdinandum Neapolis Regem renuẽtem annui cenſus penſionẽ Cam. Apoſt. ſoluere arma mouet,

cum-

cumq. varia fortuna inter Pontificios, & Regios certatum eſſet, inteſtinis quoq. bellis agitatus Ferdinandus ad pacem animum flexit, quæ protinus inita eſt, ea in primis pacta conditione, vt Ferdinandus Rex ſingulis annis die Sanctorum Petri, & Pauli octo millia vnciarum cenſum, ſeu vectigal vnà cũ equo phalerato ſolueret. *Ioan. Albinus de bello inteſtino, Vialardus in Innocentio VIII. Mariana lib. 25. cap. 7. Stephanus Infixura in notis diarijs.*

1492. Baiazethes Turcarum tyrãnus, quò Pontificem fratris ſui Zizimi captiui cauſa, ſibi gratiorem redderet, pro magno munere ferrum haſtæ, quod latus Domini pendentis in Cruce perfoderat, ad eum miſit; Pontifex in occurſum prodijt illud recepturus tùm ſubmiſsè, ac deuotè ſuſcepit, Aræ à ſe conditæ marmoreo taber-

bernaculo concluſum in Baſilica Vaticana religioſiſſimè paulo ante obitum ſuum collocauit, vbi hodie extat. *Marcus Vigierius Card. de dignit. Veſtim. ad Hiſp. & Arag. Reges, Demetrius Guaſtellus lib. Inſtrum. fol.* 410. *Ciaconus in Innoc. VIII.*

1494. Carolus VIII. Francorum Rex cum magno comparato exercitu Regnum Neapolitanum ſibi acquiſiturus, armatus, erecta lancea, Porta Flaminia Vrbem eſſet ingreſſus, haud paulò poſt, in Vaticano templo publicè, vt moris eſt, exceptus, Summi Pōtificis Alexandri VI. qui Innocentio Octauo ſucceſſerat, pedes deoſculatus eſt; poſtero verò die eidem ſacra operanti aquam abluendis manibus miniſtrauit. *Guiciardinus lib.* 5. *hiſtor. Italicarum. Victorellus in addit. ad Vitam Alexand.*

Digitized by Google

Verum cum quadam die orantem
in horto Rex Pontificem deprehen-
diſſet, deceptum ſe calumnijs in Pon-
tificem, ſibi firmiter perſuaſit, *Aegi-
dius Viterbienſis Card. in hiſtor. M. S.*
refert.

1503 Iulius Secundus, quem Ale-
xander VI. ne ad Pōtificatum vocarēt
PP. monuerat, eidem Alexandro ſuf-
ficitur, ſanè, vt aiunt, *nullus ſuum ſuc-
ceſſorem occidit*. Primus omnium con-
tra, & præter maiorum conſuetudi-
nem, barbam prolixam aluit, vt maio-
rem intuentibus reuerentiam incute-
ret. Auguſtiſſimum Sancti Petri in
Vaticano templum egregij Architecti
Bramantis opera, veteris Baſilicæ par-
te diſiecta, feliciter inchoauit. *Aegid.
Card. Viterb. in hiſt. 20. ſæcul.*

1506. Iulius II. alti animi Pontifex
Ioannem Bentiuolum Bononiæ iuris

Ec-

Eccleſiaſtici occupatorem debellaturus, vix exercitu in conſpectu eius Vrbis poſito Ioannem fuga ſalutem quęrere compulit, tum victoria ſine ſanguine parta potitus, Bononiam Procerum ſtipatus agmine, ciuibus obuiam effuſis veluti triumphans ingreditur; Senatorum numerum ad 40. auget. *Panuinius in Iulio II. Paris Craſſus in Diarijs* referunt.

1508. Senenſium Oratores Iulio Secundo de Senenſis Ciuitatis iure, quo aui etiam ipſius fruebantur gratulaturi, Romam venere; Reſpublica, Caſtrum, cui eius familia imperauerat, à Sigiſmundo Chiſio emptum illi donauit, quod deinde anno 1530. Nicolaus de Ruuere Iulij nepos Sigiſmũdi Chiſij filijs recepto pretio dedit. *Panuinius in Iulio Secundo, Victorell. in Addit.*

Digitized by Google

1510. Recuperata Rauenna, Fauentia, & reliquis Aemiliæ Vrbibus, Venetorum precibus pacem,& anathematis expiationem petentium acquieuit Iulius II. tum fœdus cum ijs inijt, quo maris Imperium eiuratum, & beneficia Eccleſiaſtica Pontificis voluntate conferenda eſſe, conſtitutum eſt. *Pauin. in Iulio Victorell. in Addit.*

Iulius, vt ius Eccleſiæ vindicaret, Ducem Ferrariæ Salinarum occupatorem, renuentem etiam tributum pro Ferraria reddere, ſacris interdictum bello perſequitur; ob id à Rege Galliæ Piſis contra Iulium Conciliabulum indicitur, quod celebratione Concilij Lateranenſis legitimi à Iulio conuocati, alijſque remedijs diſſipatum, & Regem Galliæ à Iulio diris

ris deuotum bellorum mole fuiſſe ferè obrutum, eius temporis Hiſtorici plures referunt.

1513. Ludouicus Galliarum Rex ingentem bellorum in Regno ſuo molem à Diuina ira pendere ratus, vt Religioni, ac Pontificiæ maieſtati ſatisfaceret, adulterinum Cõcilium Piſanum abrogauit, iuſſitque Claudium Maſſilienſem Epiſcopum, & Solerium Legatos ſuos Lateranenſi Concilio adhærere; Porrò Lateranenſe Concilium à Iulio inchoatum, à Leone Decimo perfectum referunt *Ciaconus, Victorel. in Addit.* Vide *Concilij Lateran. ſeſſ.* 8.

1518. Auditis Selimi Turcarum Tyranni victorijs Leo X. perterritus, ſolemnes ſupplicationes, pedibus ipſe nudatis incedens, haberi iuſſit. *Ciaconus,*

nus, *&* *Panuin. in Leone.* At *Card. Aegidius* tunc ſuperſtes *in ſua hiſt.* ſcribit, Leonem diſcalceatis pedibus in ea ſupplicatione incedere, voluiſſe; ſed ne id faceret, à Cardinalibus obſecratum. *Paris Craſſus in ſuo Diario* narrat, Leonem ſine ſottularijs,& crepidis iter à Vaticano ad Mineruam confeciſſe, idemque factum à Cardinalibus, paucis ſenibus exceptis.

1519. Pro fœdere inito inter Luſitaniæ Regem,& P. Ioannem Aethiopem aduerſus Turcas rem diuinam die Aſſumptionis fieri, & Deo gratias agi præcepit Leo X. *Paris Craſſus in Diario*, *Victorel. in Addit.*

Carolus huius nominis gloria V. Imperator Occidentis eligitur,& prius per aui materni obitum Hiſpaniæ, Neapolis, & Siciliæ Rex dictus, mirùm,

quot

Digitized by Google

quot Victorias, palmas, triumphos ex Chriſtianæ fidei, ſeu etiam Religionis Catholicæ hoſtibus retulerit, ideo An maior in eo dominatio fuerit, An pietas, & religio, incertum. Demum miro, & raro exemplo relictis Regnis, abdicato Imperio, in Hiſpaniæ angulum ſecedens, duos in priuata vita annos exegit, vt tutius ad immortalem, & nunquam deſituram vitam ſanctè migraret. *Buſſierres in ſuis Floſc. ad hunc ann. Famianus Strada lib.* 1.

1522. Mira in Hadriano VI. animi moderatio enituit; nam cum nepoti ſuo 70. aureorum beneficium adhuc Cardinalis contuliſſet, Summus Pontifex factus nunquam adduci potuit, vt eidem aliud maioris annui cẽſus conferret, in illam prorumpens vocem, *Cupere ſe homines beneficijs dare,*

non beneficia hominibus, Victorel. in Addit. ad vitam Hadr.

1523. Iulius Medices Card. Pontifex Summus inauguratur 13. Kal. Nouembris, quo die bienniò ante triumphator Mediolanum fuerat ingreſſus. *Guicciard. hiſtor. Ital. li.* 15. Nolebat Iulius in nouo munere nouum nomen aſſumere, ſed monitus à Cardinalibus anteriores Pontifices immutati nominis ſecũdum vitæ annum non attigiſſe, Clementis nomen aſſumpſit. *Felix Girald. in Diario.*

1525. Annus Iubilæi magnus à Clemẽte Papa VII. celebratur; & quidem bellici tumultushoc anno Italiam agitantes, ne maxima hominum multitudo Romam adiret, inhibuere; in Germania, Deo vltore, partim vi, partim dolo ad 150. millia Ruſticorum

Ana-

Digitized by Google

Anabaptiſtarum debacchantium cæſa ſcribuntur. *Ciaconus in Clem. VII. in Addit.*

1527. Variæ ſimultates, & diſſidia inter Clementem VII. & Cæſarem enata, & progreſſu temporis aucta, anſam dedere, vt ſacroſanctum Catholicæ Religionis, & fidei domicilium Roma immani crudelitate, inaudita barbarie æquè in ſacroſancta loca, ac perſonas exercita, à Cæſarianis militibus diriperetur; Clemens ipſe ſuæ vt ſaluti, ac maieſtati conſuleret, in Arcem S. Angeli celeri pede ſe recepit, ex qua non niſi duris conditionibus, & magna auri ſoluta militibus copia ſeptem poſt menſes liber euaſit. *Iouius*, *Nardius*, *Guicciardinus*, & alij eius temporis hiſtorici referunt; ſed Deum vindicem demirare, Borbonius Cęſa-

riani

Digitized by Google

riani Dux exercitus, & tot malorum cauſa; dum ſcalam vetuſto muro admouet, tormenti ictu ſub inguine vulneratus interijt, nè qui tam indignæ direptionis auctor fuerat, direptæ, ac funeſtatę Vrbis ſpectaculum conſpiceret, ac ſe conſpexiſse gloriari poſset, notant *Iouius*, *Panuin. in Clem. VII.*

1535. Paulus III. Henricum VIII. Anglorum Regem coacto Senatu PP. regio titulo, omnique alia dignitate priuatum in ordinem redegit, ac cœtu piorum anathemate ictum amouit, quòd ille furore percitus, & lethali mentis inſania correptus ab obedientia Sedis Apoſtolicæ defecerat, & inaudita hæreſi, Anglicanæ ſe Eccleſiæ caput ſub Chriſto ſupremum vocare, auſus eſt; tum impiam Lutheri amplexus eſt hæreſim, quam ipſe antea præclaro edito volumine impugnauerat. *Panui-*

nius

Digitized by Google

nius in Paulo III. Sanderus, & alij ex fide referunt. Vide *Conſtit. Eius,qui immobilis*.

Card. S. R.E. Ioan. Fiſcherus Roffen. Epiſcopus capite truncandus erat iussu Henrici Octaui Angliæ Regis, quòd eum Eccleſiæ Anglicanæ caput renuiſset confiteri; cumque ad ſupplicij locum veniſset,abiecto, quo vt ſenex, nitebatur baculo; Eia, inquit, pedes officium facite, parum itineris iam reſtat. *Nicol.Sander. de ſchiſm. Anglic.lib.* 1.

Carolus V.Romanus Cæſar ingenti comparata claſse, duodecim triremiũ auxilio à Summo Pontifice munitus, Sacerdotiorum pręterea decimis locupletatus,Deo auſpice, Tunetũ expugnat expulſo Tyranno, & Muleaſse Rege reſtituto,Guletam validiſſimam arcem Hiſpanorum præſidijs munit,

vi-

Digitized by Google

viginti millia Chriſtianorum, qui miſerrimam ibi ſeruitutem noſtræ fidei hoſtibus diù ſeruauerant, libertate donat. *Iouius lib.34.hiſtor. & in litteris ad Mantuæ Ducem datis. Sterouolſcius in Paulo III.*

1536. Carolus V. Romanus Cæſar Vrbem ingreditur, tum ad Summum Pontificem apud Principis Apoſtolorum Baſilicam inſigni ſolio inſidētem accedit, ter in genua procumbit, antequàm à Paulo III. pluuiali, & mitra ornato ad oſculum pedis, manus, & oris admitteretur. Demum cruce, & Cardinalium Collegio præcedente Cæſar ſiniſtro Pauli lateri vicinus in Vaticanum templum eſt ingreſſus; poſt preces, receptoſque Cęſarianos Proceres ad pedis oſculum Pontifex denuo Cæſarem amplexatus, amboque colloquentes, eodem, quo prius, ordine in

Va-

Digitized by Google

Vaticanum Palatium ſe receperunt. *Iouius lib.* 13. *hiſtor. Blaſius Cæſenas in ſuo Diario tunc in aula S.P. Cæremoniarum Magiſter. Victorell. in Addit. Panuin. in Paulo III.*

1542. Ad hæreſim Lutheranam reprimendā rogatu Caroli Cæſaris Paulus III. Concilium generale indicit; locus idoneus Tridentum eligitur, illùc Legati à Latere nomine Sedis Apoſtolicæ cōſeſsuri Pręſidentes Petrus Paulus Pariſius, Ioannes Moronus, Reginaldus Polus, qui inchoandi Concilij auſpicia agitarent, ac ſedem tot gentibus, ac PP. pararent. *Ciaconus in Paulo III. Victorell. in Addit.* Vide Bullam Indictionis. *Initio noſtri huius Pontificatus.*

1546. Martinus Lutherus tot malorum auctor cùm iam per annos 29. Eccleſiam Catholicam vexaſſet, repentino,

Digitized by Google

tino, & fœdo mortis genere interijt. *Ciaconus in Paulo III.*

1547. In bellum, quod contrà Proteſtantes, ſeù Lutheranos Carolus V. mouerat, equitum, peditumque copias Alexandro Farneſio Legato, & Octauio Duce Paulus III. miſit, tum ex hoſtibus Catholicæ fidei inſignis victoria relata eſt. *Victorell. in Addit. ad vitam Pauli III.* Verum Carolus, vti erat pijſſimus Princeps, vſurpauit, licèt modeſtius, & religioſius, quod olim victo Pharnace Iulius Cæſar. Veni, ac Deus vicit. *Illeſcas in Paulo III.* §. 24.

1550. Magnus Iubilæi annus celebratur diuerſarum gentium in Vrbem confluentium multitudine clariſſimus, Portam Sanctam aperuit, & clauſit Iulius huius nominis gloria III. qui tunc Eccleſiæ tenebat clauum. *Ioan. Baptiſta Paulianus lib. de Iubil. Panu. in Iulio III.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno Stephanus Maioris Armeniæ Patriarcha Archiepiſcopo vno, & duobus Epiſcopis comitãtibus Romam venit Summi Pontificis deoſculaturus pedes; Hunc Iulius Pontifex poſtquam Romanæ Eccleſiæ fidei cõſenſit, & eius dogmata ſubnotauit, cumulatum muneribus in patriam dimiſit. *Panuin. in Iulio III. Turſell. lib.* 10. *Comp.*

Pariter Simon SalaKa ab Orientali Eccleſia miſſus, vt Patriarcha eius Regionis confirmaretur, emiſſa fidei Catholicæ profeſſione, id, quod petebat, obtinuit. *Panuinius in Iulio, Victorell. in Addit.* vbi habentur per extenſum litteræ Neſtorianorum Orientalium Primatum Petri apertè conteſtantium ab Andręa Maſio latinitate donatę ex Syriaco.

1553. Mortuo Eduardo VI. Anglorum

Digitized by Google

rum Rege, ſoror eius Maria Catholica Regina magno Dei beneficio in Angliæ ſucceſſit Regnum; Hæc Auctore Reginaldo Polo Cardinali in Angliam S.R.E. Legato, veterem Dei cultum, & Eccleſiæ Romanę diſciplinam reuocauit; profanum titulum, quo impiè ſe Rex Henricus caput Eccleſiæ Anglicanæ vocitari voluerat, deleuit. tum Oratores ſuos Chriſtianorum Principum more ad Summum Pontificem miſit, omnes Epiſcopos Catholicos, expulſis hæreticis, ſuis ſedibus Maria reſtituit. *Sanderus de ſchiſmate Anglic. Victorell. in Addit. ad vitam Iulij. Suarez lib. 1. c. 1. defenſ. fidei.*

1553. Marcellus à Ceruina nobili familia Ceruinus dictus mortuo Iulio Pontifex ſalutatur, & Hadriani VI. exēplum ſecutus, Marcelli nomen retinuit, ſicut ille Hadriani retinuerat; At quam-

Digitized by Google

quamuis 22. dierum tantum ſpatio vixerit, ſumma tamen in eo moderatio animi enituit; nil enim ſanguini, nil carni, hoc eſt, conſanguineis, aut propinquis indulſit; nam eos nec in Vrbem venire, nec à quopiam ſalutari, nec ſericis vti veſtibus permiſit, quodquè admirabilius eſt, breui, quo vixit Pontifex, tempore, illos vnquam vidit. Rogatus ab amicis, in Palatium nè à priuatis parietibus eſſent adducendi? reſpondit; *Quid illis cum Palatio, id nè eorum patrimonium eſſe iudicatur?* Refert *Iulius Poggianus in laud. illius*, quã ad ſacrum Collegium recitauit. *Victorell. ja Addit.*

1556. Io. Caluinus Nouiodunenſis Canonicus nouam inuexit in Chriſtianum Orbem luem, ſeù chymęram ex priſcis hæreſibus cõformatam; vir ſubtilis ingenij, laruam virtutis obtendens

vitijs, tantum breui excitauit incendiũ, vt tota mox Gallia conflagrauerit; verum Geneuam ſecedens octauo poſt anno acerbiſſimis doloribus ibidem extinctus eſt, inter animi morſus, & corporis morbos diſcerptus. *Buſſierres in ſuis Floſc. ad hunc ann.*

Gaſpar Colinius hęreticorum, quos Hugonottos vocant, generalis ductor ſummo mane cũ valido exercitu Duacenſi Vrbi ſuccedit, eamque procul dubio irrupiſſet, ni S. Mauruntus excitato eius Eccleſiæ æditũo, matutinarum horarum ſigna per ęs campanum dari præcepiſſet, rati enim ciues, eo ſe pulſu ad arma cieri, dicto citius in armis adſtitere, & hoſtes hæreticos repulere. *Iacobi Rinald. lilia SS. Galliæ p. 2. c. 2.*

1547. Paulus IV. qui ex Carafæorum inclyta familia Neapolitana mortuo Marcello fuerat electus Pontifex,

Tri-

Digitized by Google

Tribunal ſanctiſſimę Inquiſitionis erexit, vel à Paulo III. erectum firmauit Romæ, eique maximi Inquiſitoris titulo F. Michaelem Ghislerium ex Ord. Prædicatorum à ſe prius Cardinalem S. R. E. declaratum, virum integerrimum, quiquè Summus Pontifex progreſſu temporis fuit, præfecit. *Panuin. in Paulo IV.*

1558. Indicem librorum à ſe damnatorum vulgauit Paulus IV. & ſanè primus fuit ſuo ſæculo, qui vniuerſalem pernicioſorum librorum indicem contexere, & ad vſum reuocare, ſtuduit, nam ante illum nulla Pontificia, aut Cæſarea Lex propoſitis pœnis cauerat vniuerſim, ne libri hæreticorum, aut alij peſtilentes legerētur. Vide *Paulum Caſtren. de iuſta Haeret. punit. Gretſerum de iure prohib. libros. Caracciolum, & Caſtaldum in Paulo.*

Digitized by Google

1559. Cum ſuorum conſanguineorum crimina ſibi delata Paulus cognouiſſet, frequenti accito Senatu in eos vehementer inuectus Vrbe diſcedere iuſſit. Magiſtratus ab ijs collatos, & tributa quæque ſe inconſulto indicta, protinus ſuſtulit. Porrò Conſanguineis pulſis, eum aliquando dixiſſe. *Nunc dicendum, nunc ſcribendum, Pontificatus anno primo. Caracciolus, Caſtaldus, Panuin. in Paulo, & Victorell. in Addit.* ſcribunt.

1560. Dum Comitia pro electione Summi Pontificis habentur, columba ſacellum Sixti per feneſtras ingreſſa diù circumuolitando, feſſa tandem intuentibus omnibus cellæ Ioannis Angeli Medicei Cardinalis inſedit, quæ luſui, ac ioco habita, poſt delatum Ioanni Angelo Pontificatum, qui Pius Quartus eſt dictus, loco prodigij fuit.

Vi-

Digitized by Google

Victorell. in Addit. Aliud quoque prodigum futuri honoris præſagium narrat de eodem Pio IV. *Panuinius*, nam qua nocte natus eſt, flamma per eius cubiculum diù errans, tandem lucernam accendit, ſtupente, quæ vigilabat, nutrice.

1563. Contrà Turcas in Pannonia dimicãt Chriſtiani ſupra 10. millibus eorum cæſis, & ex ſuis non pluribus, quâm 50. deſideratis, vnde & Nicopolim recuperant. *Camp. hiſtor. Mundi lib.* 13.

1564. Audito Fœlici Concilij Tridentini exitu, ſupplicationes pro gratiarum actione bonorum omnium auctori Deo Pius IV. indixit, decreta, & acta omnia eius Concilij approbauit, confirmauit. Mores Eccleſiæ, & Sacerdotes ad Tridentini Concili formam inſtitui, Epiſcopoſq. graui pœna ad Ec-

cleſias ſuas redire præcepit. Vide Bullam *Benedictus Deus, et Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti*.

Melita à Turcis obſeſſa, & inuictè à Chriſtianis militibus, ac Equitibus S. Ioan. Hięroſolymitani defenſa, Garziæ Toletani virtute, qui iuſſu Philippi II. Catholici Regis auxiliares copias è Sicilia illùc conduxerat, liberatur. *Turſell. ad hunc ann.*

Deceſſit hoc anno Federicus Staphylus omni doctrinarum genere excultus. Hunc è Lutherana hæreſi ad Catholicam fidem perduxit, conſpecta Lutheri contrà malignos ſpiritus imbeccilitas; dum enim ille ſuper energumena exorciſmos recitans, dæmonem quaſi eiecturus, imperioſius vrget, ab eo innumeris conuicijs oneratus, parum abfuit, quin & peſſimè vapularet, niſi per feneſtram euaſiſſet, nam valuę

Digitized by Google

obducto à Dœmone peſſulo, fugam vetabant. *Genebrad. in chron. lib. 4.*

1566. Michaeli Ghiſlerio, qui Pius V. poſtea eſt dictus; nolenti planè, ac recuſanti, Pontificatus (res mira) defertur. At ille Pontificatum à benignitate, & munificentia auſpicatus multa aureorum millia S.R.E.Card. pauperibus, Monaſterijs diſtribuit. *Cicarellus in Pio V.*

1568: Congregationem è Somaſcha Hieronymo Aemiliano Patritio Veneto Auctore, pijs operibus florentem, Religioſa profeſſione donat, & ſub regula S.P. Auguſtini recenſet. Vide Bullam *Iniunctum nobis*, Tum Sixtus Quintus Conſtitutione 4. *Aequũ*, Clemens VIII. Conſtitut. 22. *Decet*, Paulus V. Conſtit. 37. *Ex quo diuina.* plura priuilegia concedunt. Gregorius XV. Inſtitutum docendi artes liberales, &

Digitized by Google

diſciplinas in Collegijs nobilium, Academijs firmat, Conſtitut. *Expoſitum nobis.* Vrbanus VIII. Conſtitutiones nuperrimè editas Bulla. *Sacroſanctum Apoſtolatus, approbat.* Demum Alexander VII. quibuſdam ordinationibus eius regimen ex parte immutat. Bulla *Ad Paſtorale.*

1569. Catholici in Gallijs militaribus copijs à Pio V. miſſis adiuti, nobilem victoriã de Hugonottis hæreticis die 30. Octobris reportarunt. Signa hoſtibus capta ſeptem ſupra viginti Romam miſſa, & hilari vultu à Pio V. accepta, ſolemni cœremonia Lateranenſi Baſilicæ illata, adhuc in laqueari ſuſpenſa cernuntur. *Gabutius in Pio V. lib. 2. cap. 9. Alphonſus Vlloa Com. 2. Ducis Albani in Flandria.*

Ferdinando Cęſari bella aduerſus Turcas in Vngaria gerenti, auri ingen-

ti

Digitized by Google

ti copia, & precibus ad Deum Pius V. auxiliaturus, ſolemnes precationes inſtituit, ac dum eas pedes celebrat, nonnulli ſpiritibus immundis obſeſſi, tacta Pontificis prætereuntis ſtola, ſeu Orario, & Pontificia benedictione accepta, liberantur. *Cicarellus in Pio V.*

Eliſabetham Angliæ Reginam tanquam hæreticæ prauitatis ream diris deuouit; ſubditos à iuramento fidelitatis An. 1571. Pius abſoluit. *Nicol. Sanderus de ſchiſmate Anglicano lib. 3.*

VVritus quidam I.V.D. & Archidiaconus Oxonien. fidem Catholicam frigidè amplexatus, cùm nollet poſt ſtatum Catholicę Religionis in Anglia mutatum, dignitate ſua carere, dùm quadam die apud Præsbyteros ſuæ olim iuriſdictioni ſubiectos concionem haberet, incidit in ea D. Pauli verba, vbi ait, Chriſtum in ædificationem Ec-

cle-

cleſiæ ſuæ dediſſe *quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios Euangeliſtas, alios autem Doctores*; de ſuo addidit, *De Papa hic nullum verbum audio*. Hæc cum in extremo concionis dixiſſet, mox graui morbo correptus, atque adeo quaſi mutus effectus, è ſuggeſtu non ad prandium, vt ſtatuerat, ſed ad lectum delatus octauo poſt die è viuis exceſſit. *Sanderus in ſua Monarch. et Laurentius Surius in breui comp. rerum in orbe geſtarum ad hunc ann.*

Eodem anno inito fœdere cum Philippo II. Hiſpaniarum Rege Catholico, & Veneto Senatu aduerſus Turcas, qui Cypri Regno expugnato ad reliquas chriſtiani Orbis Prouincias debellãdas aſpirabant, naualem expeditionem ſolemni ritu nauibus, militibuſquè luſtratis, Pius ſacris benedictionibus per Ioãnem Odeſcalcum Epiſcopum Pen-

nen-

nenſem Legatum his verbis hortatus eſt. *Ite, victoriam relaturi, ſi ſpem in Chriſto habueritis*. Ergo Nonis Octobris eiuſdem anni commiſſis vtrinque viribus, incredibili pertinacia per horas quinque ad Neopactum pugnatum eſt, & Chriſto auſpice victoria Chriſtianis ceſſit. *Cicarellus in Pio V. Antonius de Fonte maiori. Gabutius l.3. cap.5. vitæ Pij; Folieta lib. 2. ſuæ hiſtor.* ſcribunt.

1572. Exundauit Tybris, & Pius Quintus cereum phylacterium, qui vocatur Agnus Dei, proiecit in vndas irruentes, quæ illicò detumuere. *Felix Giraldus in Diario*. At Kalendis Maij calculo correptus Pius V. ſanctiſſimè, vt vixerat, ex hac mortali vita ad immortalem, & nunquam deſituram migrauit. Verum eius corpus in Vaticanum templum delatum, ne pili, car-

nes,

Digitized by Google

nes, & veſtes diſcerperentur (tanta enim erat ſanctitatis eius opinio, & fama) ſub militum cuſtodia poſt cratem ferream ad pedum deoſculationem, poſitum legitur; *Io. Antonius Petramellarius in Pio V.*

Inſignis, & antehac inaudita Gregorij XIII. qui Pio in Romana Sede ſucceſſerat, in pauperibus ſubleuandis, tum in bonis artibus, & diſciplinis fidei Catholicæ bono inſtituendis, demum in ſacris fabricis erigendis liberalitas, & munificentia enituit; nam pauperibus, & egenis vicies centena aureorum millia diſperſit; In fundandis verò, ac competenti annuorum redditūum cenſu ſtabiliendis collegijs 23. Romæ, foriſque educandæ iuuentuti catholica in fide, ex varijs Chriſtiani Orbis partibus confluenti deſtinatis, tum deniq. in erigendis fabricis quātam auri ſum-

Digitized by Google

mam impenderit, ſcriptores eius temporis non referunt, ſed prudentum virorum iudicio æſtimandum relinquũt. *Stephanus Tuccius laud. in Greg. Franciſcus Mucantius tom. 2. Diariorum, Cicarell. in Greg. XIII.*

1573. Dominus de Fontanè, vulgò dictus, Sanſerram hoſtium Vrbem triumphator ingredirur, poſtquam illam ſeptem menſium obſidione ità preſſerat, vt fame adacti ciues, quod egeritur è meatibus, pro cibo haberent. Vrbis deuaſtatio pecunia redempta, tũ conſternatę Turres, Caſtella; ità de perduellibus Regi, & Eccleſiæ inſignis victoria relata eſt. *Bauia in Gregorio XIII.*

1575. Annum Sanctum Magni Iubilæi Gregorius ſolemni pompa celebrauit. Verum tam magnum cerearum imaginum Agni Dei, quas vocant, numerum

Digitized by Google

merum, anno præcedenti conſecrauerat, vt ducentæ, & quinquaginta capſę ijs continendis vix ſufficerent. *Franc. Mucantius tom. 1. Diariorum. Ioan. Paulus lib. de obſeru. Cærem. Victorellus in Addit.*

1576. Calendarium Romanum varijs mutationibus obnoxium inſigniũ Mathematicorum opera correxit Gregorius. Opus memorabile, & apprimè vtile, quod ab anterioribus Pontificibus cœptum, & nunquam abſolutum, Gregorius tandem perfecit. Ius canonicum multis deprauatum erroribus à Gratiano olim collectum expurgauit, & auxit. *Auctor Annal. Greg. et Victorellus in Addit. Genebrard. in chron. Cicarellus in Gregorio.*

1578. Monaſterium Monialium Ord. Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo in Flandria, dum hæretici vim inten-

tentant, pręſto eſt Sanctiſſima Dei Genitrix, & in eo, quem tuebatur, habitu fulmineum gladium vibrans, alios ſcalis admotis mœnia ſupergreſſos deturbat, alios perfractis interim valuis irruentes, & omnia ſcrutantes repellit, ac fugat, intactis Virginibus, & in vnum cubiculum reductis. *Ioan. Baptiſta Lezana Mar. patr. c. 2.*

1580. Omuræ apud Iaponios Rex Bartholomęus occumbit, qui Regum eius gentis primus Catholicam fidem fuerat amplexus. Totum hic Regnum chriſtianis imbutũ ſacris reliquit, omnia Idolorum templa euertit, Eccleſias ſupra quadraginta ædificauit. *Bauia in Sixto V.*

Apud Areburium proſperè pugnatur à Catholicis contra hęreticos, quorum multa millia Bellatorum conciderunt, ex ijs verò non plura, quàm ſexagi-

xaginta. *Bauia in Gregorio XIII.*

1581. Iaponiorum Regum Oratores poſtremo ſui Pontificatus anno ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ primùm venientes Romam magna, & penè indicibili caritate Gregorius excepit. Et ſanè Vrbem ſumma felicitate gubernaſſet, niſi latronum multitudine ferè oppreſſam Romanus Populus ingemuiſſet. *Cicarell. in Greg.* XIII.

Stanislaus Oſius à Greg. XIII. Cardinalis S.R.E. creatus, cùm Fabritium Cernam nobiliſſimum virum à febri in lectulo vexatum inuiſeret, ac ſub eius capite librum Lutherana hæreſi infectum reperiſſet, affirmans illam non aliundè amico aduenisse, quàm à peſtifero libro illo, ſuaſit viro, vt à ſe longè remoueret librum, ſi conualeſcere vellet; aſſenſit ille, & libro flammis obiecto, eadem hora, qua liber exuſtus

eſt,

Digitized by Google

eſt, à febri Cema eſt liberatus. *Petramellarius in Greg. XIII.*

1585. Summo Pontificatu inauguratur Sixtus V. die 24. Aprilis, in quam incidit Hebdomadæ feria quarta; & quia conſimili feria olim editus in lucem fuerat, S. Franciſci ſacrum habitum induerat, in Vicarium Generalem eiuſdem Ord. electus, pariterquè Cardinalis fuerat creatus, non niſi feria quarta coronari ſolemniter voluit. *Felix Girald. in Diario.*

1586. Henricum Nauarræ Regẽ hæreſi nuperrima infectũ, piorum cœtu, & iure ſucceſſionis ad Gallicanum Regnum, anteriorum Pontificum in caſibus ſimilibus exemplum ſecutus, auctoritate Apoſtolica ſibi à Chriſto data diſpoliat, priuat. *Cicarellus in Sixto V.*

Henricum excommunicationis ſententia in eum lata perterritum horis

Digitized by Google

quadraginta cibo abſtinuiſſe, *Dauila Bell.Ciuil.lib.* 10. refert.

Exempla anteriorum Pontificum ſunt, Innocẽtius III. Othonem V. Gregorius IX. Federicum II. *ex c. ad Apoſt.* Ioannes XXII. Ludouicum Imperatorem *ex Pighio de viſib. Monarch. cap.* 14. Vrbanus Philippum II. Regem, à quo miſſi Romam Oratores, vt abſoluerentur à Paſchali II. *ex Baron. ad an.* 1100. 1101. cœtu fidelium olim priuarunt. Vide *c. Ad Apoſtolicæ de ſenten. & re iudicata: cap. Vnam Sanctam de maior. & obed. in* 6. *Concilium Nicænum can.* 39. *Synodum Romanam, quam habes c. Non licet diſtinct.* 10. *Concilium Beneuent. ſub Victore III. Placentinum ſub Vrb. II. Synodũ Rom. alteram ſub Paſchali II. Rhemenſe ſub Calixto II. Lateranen. ſub Innocent. III. Lugdunenſe ſub Innocentio IV.*

Digitized by Google

Ex SS.PP. vide *Gregorium Nazianzenum orat. ad Populum timore perculſum. Ioan. Chryſoſt. hom.* 38. *D. Ambroſium li. de Dignit. Sacerd. c.* 2. *D. Bonauen. lib. de Eccleſiaſt. Hier. cap.* 2. *D. Thomam* 2.2. *qu.* 60. *art.* 6. *et in* 2. *d.* 44. *ad* 4. *et* 1.2 *qu.* 69. *art.* 5. *S. Bernardum lib.* 4. *de conſid. ad Eug. Papam.*

Londini in Anglia primarius quidam vir magno apparatu comędiam exhibendam curabat in Catholicæ fidei, eiusque Myſteriorum contemptum; At eccè dum fictus celebrans hoſtiam (vt apud nos adoraturos moris eſt) ſuſtollit, quàm fictus dœmon è manibus diriperet, multi veri Dœmones horribili, ac truculento aſpectu adſtiterunt, fictumque ſacerdotem, & cæteros actores arreptos ex omnium oculis abſtulerunt; eo incuſſo ſpectatoribus omnibus terrore, vt multi exindè obie-

Digitized by Google

rint. *Summ. Hiſt. Neapolit. par. 4. li. 10. cap. 2.*

1587. Ad auertenda mala, quæ ex tenui Principis ærario ſolent oriri; ad Chriſtianæ Reipublicæ commoda, ad Belli, ſi illud vrgente neceſſitate gerendum aliquando fuiſſet, ſubſidium, auri, argentiquè aceruos; ideſt, quinquagies centum millium aureorum Sixtus Quintus congeſſit, & in Hadriani mole ſucceſſoribus Summis Pontificibus; quaſi fideicommiſſum reliquit. *Peregrinus in orat. funebri. Cicarellus in Sixto V. Victorell. in Addit.*

Don Franciſcus Bungi Rex è viuis exceſſit, ſed 70. millibus ſui Regni incolis prius ad fidem Chriſtianam ſuo exemplo inductis. *Bauia in Sixto V. Cauſinus Ephem. hiſtor.*

Henricus III. Galliæ Rex inter ſolemnem equitum Sancti Spiritus crea-

tio-

tionem Pariſijs habitam non aliam in ſuis Regnis, quàm Catholicam Religionem à ſe permiſſum iri, palam conteſtatur, ac iureiurando ſe obſtringit. Idem aliàs in Concil. Tolet. cum Regni ſui Proceribus decreuerat Centilanus Rex Toletanus. *Rinald. hiſtor Eccl. ad ann.* 638.

1588. Henricus Nauarræ Rex hæreſi Lutherana infectus cùm ad Gallicanum Regnum aſpiraret, ne Regni Proceres, Cardinalis, & Dux Guiſij, alijque Catholici obſiſterent, indicto Bleſis conuentu, quaſi eſſet Religionem catholicam amplexurus; Duce; Cardinaliq. Guiſijs crudeliter necatis, Carolum Cardinalem Borbonium, Petrum Lugdunenſem Archiepiſcopum, aliosque Præſules in vincula conijcit, ea propter diris eum Sixtus V. deuouet exemplum Innocentij I. ſecutus, qui

Digitized by Google

Arcadium Imperatorem ob iniurias D.Ioan.Chryſoſtomoillatas diris olim deuouerat. *Nicephorus Calixti lib.*13. *cap.*34.

Verum Rex,Deo vindice,à Fr.quodam,cui nomen Iacobus Clemens,paulo poſt cultro per inguinem adacto,interfectus occubuit. *Petramell. in Sixto V.*

1590. Vrbanus VII. electus Sixti ſucceſſor, quàm in omnes Vrbanus, ac beneficus,tàm in ſuos auſterus, duodecim,quibus vixit, dies, extitit; nam ſanguine coniunctos, qui primo Pontificatus nuncio ad Vrbem conuolauerant, Romam diſcedere coegit, homineſque ſeiunctos, quibus ad præcipua quædam Vrbis munera, vteretur,quæſiuit, dictitans, *ſe ea coniunctis dare nolle, vt miniſtros, ſi deliquiſſent, liberius redarguere, et plectere poſſet*. Fabritium

Ve-

Verallum non ad Cardinalatum, aut Epiſcopatum, ſed ad priorem modeſtiam, & Canonici munus ſanctè obeundũ graui ſermone excitauit. Petrum Mellinum pronepotem Apoſtolicæ Sedis in Hiſpanijs Collectorem, cum Núcium declaraſſet, præſentiens ſibi mortem adeſſe, traſmitti Breue ea de re in Hiſpanias inhibuit, ne eius quamuis optimi facti rationem Deo reddere, teneretur. *Vgonius in funeb. orat. Io. Rubeus in hiſt. mortis Vrbani, Victorell. in Addit.*

Summa in Greg. XIV. Vrbani ſucceſſore animi moderatio commendata eſt, vix enim electus Pontifex ad Cardinales eas voces edidit. *Deus vobis parcat, quid feciſtis?* Cumque Populus Romanus has illi fauſtas acclamationes diceret. *Salue Gregori, incolumem te Deus ſeruet, diutiſſimè viuas, feliciſſimè regnes.*

Digitized by Google

vultus colore mutato lacrhymas fudit, Cęloque defixit oculos. *Victorell. in Addit. Vincentius, Blaſius, Garzias* ex fide referunt. Sancto Philippo Nerio pedes ad oſculum præbere noluit, ſed obuiam ei cum proceſſiſſet, hominem amplexatus dixit. *Pater mi, quamuis ego maior te ſim dignitate, tu autem maior me es ſanctitate*. Eum autem ſedere apud ſe, & tegere caput iuſſit. *Baccius lib. 3. c. 12. Vitæ S. Philippi Nerij*.

1591. Innocentius IX. Io. Antonius Fachinettus antea dictus à beneficentia erga Populum Romanum, hoc eſt, à minuendis vectigalibus raro exemplo Pontificatũ auſpicatus, pretia omnibus cibarijs, quæ propter egeſtatem proximam maximè excreuerant, alijſq. ad victum neceſſarijs edicto publico indixit. Pecuniã ad 40. aureorum millia mutuo accepit, ne aurum, quod in Hadriani

Digitized by Google

driani mole congeſtum erat, minueret, quoniam expedire Reipublicæ dictitabat, vt in ærario Pontificio magnum aliquod auri pondus ad grauiora rerũ publicarum incommoda, & mala auertenda, reconditum, ac intactum ſeruaretur. Mantuæ Ducem ad præſtandam Innocentio more maiorum obedientiam in Vrbem venientem intra Vaticani Palatij ædes hoſpitio excepit, qui Pontificio in Sacello, dum ſolemnia celebrarentur, cum Diaconis Cardinalibus penultimus ſedit. Anconæ portum expurgare, Tyberis inundationem auertere, Catholico apud Gallos fœderi 50. millia aureos quolibet menſe dare propoſuerat; Regnum Angliæ, Aſylum hæreſum, armis aggredi inito iam per Comitem Oliuarenſium Ducem Regium Oratorem ſacro fœdere cũ Philippo II. Hiſpaniarum Re-

ge,

Digitized by Google

ge deſtinauerat. Doctorum hominum conuerſatione lætabatur, beneficia nō niſi vt dignis darentur, ſummo ſtudio curabat; compendio dicam, ità beneficum, ità munificum erga Vrbem, & Orbem Chriſtianum ſe Innocentius geſsit duobus, quibus vixit menſibus, ac ſi duobus integris vixiſset ſæculis. *Antonius Cicarellus. Ioan. Antonius Petramellarius, Cabrera in Innocentio. Victorell. in Addit.* ſcribunt.

1592. Clemens VIII. cui S. Philippus Nerius Pontificatum prædixerat, & nomen, vix Summus Pontifex electus, & coronatus; 40. horarum orationem in templis ità diſtributam, vt diù, noctuq. toto anni curriculo precum incenſum in Dei O. M. con ſpectu dirigeretur, inſtituit. *Bacius in vita Sancti Philippi. Cabrera in Clemente VIII.* Vide Conſtitut. 17. *Grauſe, &*

diu-

diuturnæ. Carolus Carthariꝰ in Syllabo Adu. Conſiſt. num. 156.

1593. Patriarcha Alexan. cùm fortè epiſtolam mitteret Clementi VIII. hos illi adſcripſit titulos, Clementi VIII. Apoſtolo. V. Euangeliſtæ, inſinuans, vt *Baronius notat to. 6. pag.* 527. Summi Pontificis ſanctitatem æqualem Apoſtolicæ, eius verò auctoritatem infallibilem, qualis eſt Euangeliſtarum.

Per Illyricum Chriſtiani milites opimam à Turcis victoriam retulere, itaut fractus exercitus commiſerit ſe pedibus, ac flumini, cumquè incrementis aquarum obſtaret flumen lutulentum, & enormes riparum aggines, commendarunt ſe vndis, quare tanta cadauerum emerſit immenſitas, vt ſicco pede perambularent flumen viatores. *Cæſar Camp. hiſt. Mundi l.* 13.

1594. Beatum Hyacinthum Polonum Ordinis Dominicani Sanctorum honoribus, motus precibus Poloniȩ Regis, donauit. Vide Bullam *Benedictus Deus Pater miſericordiarũ*. Verum quia inter miracula S. Hyacinthi meritis, & orationibus patrata, recenſentur nonnulli mortui ad vitam reuocati, An hi poſsent propria eorum bona recuperare, habemus pro affirmatiua parte *Baldum in repet. lib.* 1. *C. de Sacroſanctis Eccleſijs num.* 152. vbi ponit exemplum de Lazaro à Chriſto reſuſcitato, & ſequitur *Troylus Maluen. de Canonizat. SS. in* 4. *dubio num.* 7.

Magnus Moſcorum Dux Boriſsus litteras ad Clementem dedit, quibus petebat, pacem inter Chriſtianos Principes iniri, vt fœderati vnà cùm Perſarum Rege à ſe concitato in Turcas, mouerent arma. *Cabrera in Clem.*

Duo

Digitized by Google

Duo Maccariani Monachi Legati ab Alexandria, & Aegypto miſſi, emiſsa fidei Catholicæ pro ſeſsione; & abiuratis hæreſibus Neſtorij, Eutychetis, & Dioſcori, Apoſtolicæ Sedis communionem à Clemente obtinuere. *Baron. lib. 6. Annal. in Calce eam Legationem refert.*

1595. Tria Seminaria, ſeu Nouitiatus Ordinis Monachorum S. Baſilij in Italia inſtituit, data Bulla, *Cum ad ſubleuandum.* Collegium Nobilium in Vrbe à ſuo nomine Clementinum erexit, Congregationi Somaſchæ adminiſtrandum commiſit, tùm Eccleſiam Sancti Cæſarij in Palatio, vineamquè contiguam, nec non Abbatiam Lamullarum in ditione olim Ducis Vrbini, proceſsu temporis in Prioratum Sancti Aegidij ciuitatis Tiphernen. commutatam, ſumma liberalitate attribuit.

buit. Vide Bullam *Ex iniunčta nobis* Pauli V.

Eodem anno Clemens multis precibus, lachrymis, ſacrificijſquè iteratis, Scala Sancta ſubmiſsis poplitibus bis aliquando vna, & eadem hora luſtrata, atque oculorum imbre madefacta, optatam, & ſæpius petitam à ſacro vinculo abſolutionem publicè ſolēni ritu Chriſtianisſimo Regi Henrico IV. in Porticu Vaticano impertiuit. *Baccius in vita Philippi Nerij lib. 3. cap. 9. Cabrera, & Ioannes Stringa in Clem. Carolus Cartharius in ſuo Syllabo fol.* 159.

1598. Cum Alphonſus Eſtenſis Ferrariæ Dux abſque liberis obijſset, Clemens Ferrariam ad Eccleſiæ ius ſpectare ratus, arma tum ſpiritualia, tum temporalia ad eam recuperādam parauerat; ſed, vt ait *Baronius S. R. E.*

Card.

Card. Biblioth. in epiſt. to. 8. Annal. præfixa. Accidit miraculum à Deo, vt Ferraria, ferrea plane ciuitas, ſine ferro expugnata, ipso totum id agente, qui dixit, Ego ante te ibo. Vide Bullam *Sanctiſſimus in Chriſto Pater. Cabrera, et Io. Stringa in Clem.*

1600. Annus Sanctus Iubilæi indicta iam Bulla: *Annus Domini placibilis.* celebratur. Mira, & prorſus ſingularia ſanctitatis, & caritatis exempla Clemens exhibuit; nam in primis Epiſcopos pauperes, nobiliſsimis ædibus excepit, Pontificijs ſumptibus aluit; in Sanctisſimæ Trinitatis hoſpitio ſua liberalitate ſubleuato, peregrinorum pedes ſæpius abluit, ac terſit; ſingulis Dominicis diebus quatuor Baſilicas ad ſacras opes lucrandas obiuit, & toties Scalam Sanctam cruribus imbecillibus, ac podragra cruentatis, gra-

gradus ſuauijs, ac lachrymis venerans, aſcendit; Hebdomada, quæ Sancta dicitur, maioris Pœnitentiarij ſede inſidens, multorum Confeſſiones excepit; aderat non longe à ſua nouem Peregrinorum menſa, quos diebus ſingulis lautioribus è ſua epulis nutriebat; quorum numerus augebatur pro annorum Pontificatus numero. *Cabrera, & Stringa in Clem. Victorell. in Hiſtor. 12. Iubil. Auguſtinus Valerius Veronen. Epiſcopus.*

1601. Beatum Raymundum Barcinonenſem Dominicani Ordinis Virum virtutibus, ſigniſque clariſſimum Sanctorum honoribus Clemens donauit. Vide Bullam, *Romana Eccleſia Catholica.*

1602. Propoſitionem, qua dicebatur, *licere per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramen-*

mentaliter confiteri , & ab eodem abſolutionem obtineri poſſe , Clemens prohibuit. Vide Conſtitut. *Sanctiſſimus Dominus noſter.*

1603. Apud Iuliam Cæſaream in Africa Fr. Franciſco Lyrano ex Ord. Minorum ſancti Franciſci pellis adhuc viuenti detrahitur in odium fidei, & indè mors irrogatur, ſed exorta ijſdem hora, & loco procella trementes, ac ſemianimes Mauros ad teſtandam viri ſanctitatem cogit. *Barez. chr. S. Franc. p. 4. lib. 10. c. vlt.*

1604. Hęreticus quidam cùm fortè cœcitate laborantem equum duceret, auſus eſt ità comminari, *ſi Virgo Maria tanti valet, ut reddat lumen cæcis, reddat huic equo uiſum*; his dictis recluſit oculos cœcus, & Dominus clauſit. *Anton. de Balingh. Kalend. Sanctar. V. M.*

P 1605.

1605. Leo XI. Alexander Mediceus antea dictus, Summus Pontifex creatur, ſed quàm in eo ſingularis bonitas, ac virtus fuerit, *Card. Baronius tom.* 12. *Annal. ad ann.* 1187. loquens de Greg. VIII. duorum Menſium Pontifice, his verbis expreſſit. *Leo ſanctæ memoriæ Papa XI. nè vnum quidem mẽſem in Pontificatu expleuit. O rerum humanarum inconſtantiam, creatus Pontifex Kalendis Aprilis, eſſe morte desijt 27. die eiuſdem. Sed uerè egregio, & ſingulari uirtutis exemplo, conſummatus licèt in breui, expleuit tempora multa, nam ægrotus ſuaſionibus plurimorum adduci non potuit, ut nepotem ſuum modeſtiſſimum adoleſcentem, quem penès ſe educauerat, & unicè diligebat, S. R. E. Cardinalem crearet. Vicit, licèt infirmus corpore, robore animi id ſtudioſè petentium, importunè exigentium, & uiolenter extorquentium*

tium

tium quorundam Cardinalium, & Regiorum Legatorum ſummam potentiam. Confeſſarium ſuum iſta ingerentem longè, longius repulit, expulſit, ad ſe amplius accedere uetuit, ut quem magis indulgere affectibus coniunctorum; quàm animæ ſuæ ſaluti conſulere cognouiſſet. Andræas Victorell. in Leone XI.

Eodem anno in electione Pauli V. in Summum Pontificem litteræ Card. Perroni ad Regem Galliæ, & Conſiſtoria monumēta diuinum magis, quā humanum fuiſſe ſuffragium aduertūt, nam florens ætas Camilli Burgheſij, (ità enim ante Pontificatum vocabatur) 53. annorum, humanam prudentiam retardare debuiſſet, at, quia diuina ſpirabat aura, non potuit. *Abraham Bzouius, Victorellus in Paulo V.* Die 16. Maij, Paulus V. Pontifex eſt renuntiatus, quo eodem die Ann. 92.

renuntiatus fuerat Clemens I. anno 574. Benedictus I. anno 1012. Benedictus VII. *Felix Giraldus in ſuo Diario.*

1607. Apud Indos Aracani Rex barbarus, triginta millibus militum, ducentis ſupra mille nauibus, ac 250. bombardis inſtructus cum Luſitanis, quorum vires erant naues 12. ac 240 milites, præliatur, & vincitur. Opus dexteræ excelſi meritò arbitrati ſunt Luſitani, qui eius opem inter pugnandum identidem implorauerant repetitis Sanctiſſimis Ieſus, & Mariæ nominibus. *Petrus Iarricus rer. Indic. Theſ. Sau. lib. 2. c. 35.* non diſſimilem ijdem victoriam obtinuerant ex Magno Mogor Ann. 1604.

1608. Beatam Franciſcam de Pontianis Romanam miraculis, & virtutibus celebrem, Sanctorum honoribus do-

donauit. Vide Conſtitut. *Cæleſtis Aquæ*.

1609. Emicuit horrendum Cœlum, ſequutumquè fulmen timendum, domumquè cuiuſdam optimatis fœminæ Caluiniſtæ horribiliter illuſtrauit, ancillantes pediſſequæ notarunt frontem ſigno crucis, vt timorem auellerent; ſubriſit illis Domina; rurſus intonuit Cœlum,& ſagitta torſit ignes ſuos, totamque hauſit domum, & hæreticæ animam integra familia. *Iacobus Gault.Tab.chron.*

1610. Beatum Carolum Borromæum S.R.E. Cardinalem Archiepiſcopum, & Ciuem Mediolanenſem virtutibus, & miraculis clarum Sanctorum catalogo adſcripſit. Vide Bullam *Vnigenitus*. Ordini militari ſub inuocatione Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo ab Henrico IV. inſtituto re-

Digitized by Google

gulas Paulus V. aſſignauit. *Ioan. Baptiſta Lezana Mar. Patr. cap.* 12.

1614. Volgãgus VVilhelmus Rheni Comes Palatinus, & Bauariæ Dux Lutheranam hæreſim abiurauit, fideique catholicæ profeſſionem ſolemniter emiſit. *Iacobus Gault. Tab. chron.*

1615. A Congi Rege, qui ditionem ſuam Romanæ Eccleſiæ vectigalem conſtituit, tum à Rege Voxi apud Iapponas regnante, à Rege Perſidis, & ab alijs Orientalibus Principibus Legatos miſſos excepit, audiuit, iuuit magnificẽtiſſimè. Victorellus in Paulo V. Extat exemplar litterarum Regis Voxij in *Appendice Comp. Bullarij Cherub.*

Marmoream columnam nobile priſcæ magnitudinis monumentum è ruinis templi Pacis à Veſpaſiano Auguſto, confecto Iudaico bello, Romæ

con-

conditi, ante Liberianam Baſilicam deferri, erigi, atque ornari iuſſit, ſed Beatæ Virginis ſtatuam æneam inauratam illius faſtigio impoſitam ſacrauit. Vide inſcriptiones, quas in eius column. quatuor lateribus. *Abbas Paulus de Angelis, Abraham Bzouius, & Victorell. p. 6. c. 35. de Sacello Burgheſio* deſcripſerunt.

Deindè vti erat Paulus Religioſiſſimus, & prudentiſſimus Pontifex, in parua teſtudine, quam antè mirum illius Sacellum Burgheſium aſpicimus, pennicillo exprimi iuſſit quatuor Rom. Pontifices.

Gelaſium Primum, quia eius iuſſu apud Liberianam Baſilicam, (in qua Pauli V. ſacellum) peſtilentes Manichæorum Codices flamma conſumpſit.

Gregorium Primum, quia ad hanc

eandem Baſilicam ſupplex acceſſit, cũ Vrbem vidit peſtis flagello vexatam; in ſupplicatione Imago B. Virg. à Sancto Luca depicta, & in Burgheſio Sacello hodie inter gemmas, & aurum aſſeruata, delata Gregorio iubente fuit. In eadem idem Sanctus Gregorius ſacrum fecit, Homilias ad Populum habuit; ipſi ibidem ſacrificanti ad ea verba, *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum*. Reſponderunt Angeli, *& cum ſpiritu tuo*. Hinc etiamnum Summo Pontifici ſacrificãti Chorus ad ea verba ſilentio reſpondet. *Card. Sirletus in M.S. de Liberiana Baſilica. Victorell. de Sacel. Burgh. p. 1. c. 4. & p. 4. c. 5.*

Martinum Primum, quia eum in eadem Baſilica ſacra operantem ſęuus carnifex vt necaret, aggreſſus, Deo vindice, viſum amiſit.

Leonem IV. quia eadem Imagine in

in ſupplicatione perlata hominũ mortalitati, quam Baſiliſcus peſtilenti viſcerum halitu efficiebat, remedium à Deo, fauente Deipara, eſt conſecutus.

1621. Gregorius XV. vix Summus Pontifex renuntiatus, Diploma de creatione Summi Pontificis per ſecreta ſuffragia, expetitum ab omnibus, tentatum à multis, à nemine perfectum, conſcripſit, ac publicauit. *Victorell. in Greg. XV.* Vide Bullam *Aeterni Patris*.

Ludouicus XIII. Galliæ, & Nauarræ Rex Galliam ſuam percurrit victorijs. Angerianũ Caſtrum, & plura Oppida, quæ armabat hæreſis, expugnat vi; veram Religionem in Bearniam reuocat, vnde dimidio ſæculo exulabat. *Buſierres in ſuis Floſculis ad hunc annum*.

1622.

Digitized by Google

1622. Quinque viratum Sanctorum celebrandum propoſuit, quos vno die nouo exemplo noſtra memoria, ſed laudabili, Sanctorum honoribus donauit; Sanctum Ignatium Societatis Ieſu Fundatorem, Sanctum Franciſcum Xauerium eius ſociũ, Indiarum Apoſtolum; Sanctum Philippum Nerium Congregationis Oratorij Auctorem, Sanctum Iſidorum Matritenſem cultorem agrorum, Sanctam Thereſiam Carmelitarum Diſcalceatorum Inſtitutricem.

Conuentum Cardinalium inſtituit habendis de Propaganda fide conſilijs, vt patet ex Conſtit. *Incredibili Diuinæ Prouidentiæ Arcano*. Sed & redditibus firmauit, emolumenta etiam anulorum Cardinalitiorum ad fidem propagandam eidem conuentui dono dedit. Vide Conſtit. *Roman. decet Pontificem.*

1623.

Digitized by Google

1623. Septem viratum Auguſtaſem, iuſque ferendi ſuffragium in Romano creando Imperatore, quo deuolutus ob rebellionem fuerat Rheni Palatinus, ad Maximilianum Bauariæ Ducem, ingenti rei Chriſtianæ bono tranſtulit, eius beneficij gratia Palatina Bibliotheca Gregorio XV. dono data, nō ſine ingenti ſumptu Romam traducta, Vaticanę addita eſt. *Victorell. in Greg. XV.*

Eodem anno in electione ad Summum Pontificatum Maphæi Cardinalis Barberini (iam enim è viuis exceſſerat Gregorius) quatuor potiſſimum prorſus miranda contigère. Primò ad eius cellæ feneſtram examen Apum conſedit; omen hinc à peritioribus ſumptum euentus ſubſecuti; nàm in Gentilitijs inſignibus tres Apes Maphæus defert, quaſi hæ per il-

las

las volitantes, & viuas excitādæ eſsent in commune Chriſtianæ Reipublicæ bonum. *Theatr. vitæ hum. lit. P. fol.* 537. *Io. Franciſcus Ferranti in epiſt. dedicat.* Secundò cùm in enumerandis tabellis, quarum obligatione fuerat decreta ratio eligendi Romanum Pontificem, vna, caſu ignoto defuiſſet, inſtaurarūt ſuffragia PP. qui numero ſupra quinquaginta Comitijs aderant, & nullus à priori ſententia diſcesſit, quinquaginta illum Summum Pontificem renuntiarunt; quæ res mirabili ſanè teſtimonio eligentium conſtantiam, & ſingularem electi virtutem declararūt. Tertiò eadem die, qua electus Vrbanus eſt, (hoc enim ſibi Maphæus nomen aſſumpſerat) Alberſtatenſis Pſeudoepiſcopus Catholicæ Religionis hoſtis à catholicis copijs victus, fuſuſquè in Germania eſt. *Victorell. &*

Tho-

Thomaſuc. in Vrb. Turſell. in Compend. hiſtor.

Quartò, Vrbanus electus eſt die 6. Auguſti, qua inſtitutũ olim à Calixto III. feſtũ Transfigurationis Domini ob ingentem victoriã à Chriſtianis in Vngaria à Mahumete Turcarum Tyranno reportatam Anno Domini 1456, referunt *Nauclerus uol. 2. Gen. 49. Syluius*, *Dubrauius de reb. Boem. S. Antoninus 3. par. tit. 2. c. 4.* §. 1. Eadem die An. 768. Stephanus Papa III. ex *Brãd. Chron. Pontif.* creatus, & Benedictus III. conſecratus ann. 855. ex *Baronio*, leguntur.

1624. B. Andreæ Auellino Cler. Regul. Theatinorum Sacerdoti honores ad aras in vniuerſo illo ordine ab Vrbano decretos excepit Neapolitanus Populus ſumma acclamatione, & plauſu, quòd in eorum inclyta vrbe mira-

miraculis innumeris B. viri oſſa coruſcarent. Vidè Bullam. *In Sede Principis Apoſtolorum.*

1625. Annum Sanctum magni Iubilæi Vrbanus celebrauit, ſed Clementem VIII. imitatus Epiſcopis, & Sacerdotibus, diuitijs non inſtructis, ad Vrbem deuotionis cauſa accedentibus, hoſpitium, in quo percommodè habitarent, alerenturq. parauit; Franciſcus S.R.E. Card. Barberinus Patrui exemplum ſecutus Græcis, Scotiſque, quorum patronus erat, ædes parauit, ſedes addixit, alimenta præbuit. Vide Bullam, *Omnes gentes plaudite manibus.* Eodem anno Eliſabetha Portugalliæ Regina Sanctorum honoribus ab Vrbano ad preces Philippi IV. Hiſpaniarum, Indiarum Regis, cognomento Magni, donata eſt. Vide Bullam, *Cùm ſicut dilectus filius.* Magni Conſtantini

la-

lauacrum, quo ille baptizatus, & à lepra mundatus dicitur, inſtaurauit, ornauit, edito numiſmate cùm epigraphe. *Ornato Conſtant. lauacro, & inſtaurato.*

1626. Die Sancti Franciſci feſto primum lapidem Templi PP. Capucinorũ Vrbanus iecit. Suprà Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli tumulũ, ſeù Confeſſionem, ac limina Cœlum vndique deauratum impoſuit æneum; quatuor æneis elatum columnis, quatuorq. Seraphim fuſili opere ſatis decoro, ac regia ſanè munificẽtia. Extat numiſma cùm epigraphe. *Ornato SS. Petri, & Pauli ſepulcro.* Franciſcum S. R. E. Card. Barberinum Apoſtolicum Legatum ex Hiſpania pacis ſeminibus inter duos potentiſſimos Reges fauſtè, ac feliciter iactis, frugeſque pollicentibus reuerſum, quaſi Noëticam

cam

cam Columbam, & pacis Angelum in Conſiſtorio excepit.

Profligatur à Catholicis in Germania Comitis Mansfeldij Lutherani exercitus. Daniæ Rex Catholicæ Religionis hoſtis acerrimus à Ioanne Comite de Tyli vincitur, funditur.

1627. Rupella in Gallijs Hæreticorum Sedes, & Aſylus Ludouici XIII. Chriſtianiſſimi Regis exercitu poſt longam obſidionem terra, marique expugnatur ſummo cùm catholicæ Religionis bono.

Vincentio Mantuæ Duce prærepto, ſceptroque illius Vrbis à Carolo Gonzaga Niuernenſium Duce aſſumpto, ad magnam belli procellam in Italia, quam præuiderat, auertendam, Nuntios ad Chriſtianos Principes illicò Vrbanus miſit, Iubilęum indixit, & ſacra operatus pedes è Vaticana Baſi-

lica

Digitized by Google

lica ad S. Spiritus in Saxia ſolemni ſupplicatione pro ope diuina imploranda proceſſit.

A Regibus Congi per Oratorem Ioan. Baptiſtam Viues ſolemne Chriſtianæ obedientiæ iuramentum excepit.

1628. Stephanus Portalius Toloſanus à rebellibus hęreticis comprehenſus, laqueo adiudicatur, ſed Dei Genitricis, quam inuocauerat, ope, præſentiſſimæ neci eripitur, ter enim ſuſpenſum, ter diſrupto laqueo in terram prolapſum, amicus inſontem iudicans ex hæreticorum manibus eximit. *Iacobus Gault. Tab. chron.*

1629. B. Andręam Corſinum Ord. Carmel. Epiſcopum Feſulanum cæleſtibus honoribus Vrbanus donauit. Extat numiſma cùm epigraphe, *Beato Andreæ inter Sanctos relato.* Caietanum

Thienæum Cler. Regul. Theat. Auctorem Beatum dici, & ad aras ſacro cultu honorari poſſe, declarauit. Vide Bullam alteram, *In ſede Principis Apoſtolorum.*

1630. Increbeſcentibus in Italia belli turbinibus Io. Iacobum Pancirolum Nuntium Apoſtolicum primò, tùm Antonium S. R. E. Cardinalem Barberinum iuniorem ex fratre Carolo Nepotem Legatum à Latere per vniuerſam Italiam Vrbanus conſtituit, miſit.

Abrogato Illuſtriſsimi titulo alijs inferioris ſubſellij Prælatis, imò & ſęcularibus Principibus communi, Eminentisſimos poſthàc dicendos S.R.E. Cardinales, iuſsit. *Thomaſuc. in Vrb. Io.Franciſcus Ferranti in epiſt. dedic.*

Arcem in finibus Bononien. à ſuo nomine Vrbanam vocatam publicæ

Ec-

Digitized by Google

Eccleſiæ ſecuritati conſulens à fundamentis excitatam Vrbanus abſoluit. Extat numiſma cùm epigraphe. *Securitas publica*.

1631. Inſignis hoc An. in Vrbano animi moderatio enituit, nam cum Franciſci Mariæ Vrbinatis Ducis morte, maſcula nulla prole ſuperſtite Vrbini Ducęa ad Eccleſiam, & Summum Pontificem eſſet deuoluta, Cameræ Apoſtolicæ deuouit; Controuerſias, & imminentia ob eam rem bella mira dexteritate, ac ſapientia anteuertit. Dicentibus Amicis, Bulla eum de non alienandis &c. & iuramento à ſe præſtito detentum, nè Principatum illum ab Eccleſia diſtraheret, reſpondit; Non Bulla, nō Iuramentū, ſed mea me conſcientia detinuit, ac remorata eſt. *Scoglius in chron. Bruſonius li. 2. hiſtor. Ital.* A lue contagioſa, quæ in pluribus Ita-

Digitized by Google

liæ locis fœdè graſſabatur, quà precibus ad Deum, quà humanis remedijs, & ſumma vigilantia Vrbem ſeruauit immunem.

1632. Aperto commiſſo prælio apud Lutzam Germaniæ nobilem Vrbem inter Suecos, ſeù Lutheranos, & Catholicos, ſeù Germanos, & Auſtriacos magna vtrinque conſecuta cæde, victoria tandem ceſſit Auſtriacis, nam Guſtauus Adolphus Suecorum Rex, dum atrox in bellum totus effunditur, à priuato milite in ipſo belli feruore interemptus occubuit. *Thomaſuc. in Vrb. ſupplem. chron. Panuin. Paulus Baglionius in Ferd. II. Cæſare.*

Super Vaticani Theatri interioris Porticibus Armamentarium longè protenſum, & ad læuam latè diffuſum, omni armorum genere inſtructum inſtituit, aptauit, perfecit Vrbanus.

Extat

Extat numiſma cùm epigraphe, *Pacis incolumitati*.

1634. Nouo inito prælio apud Norilingam nobilem Vrbem à Suecis obſeſſam, victa, cæſa, & ad internicionem vſque deleta ſunt 15. millia Suecorum militum ſtrenua virtute Erneſti Boemiæ Regis, & Ferdinandi S.R.E. Card. Infantis Hiſpaniarum. Verùm victoria hæc à Catholicis Beatæ Virgini adſcripta, ipſique triumphus in amplisſima Auſtriacorum dominatione ſplendidiſsimus actus eſt, quia in eius peruigilio 7. die Septembris reportata. *Thomaſuc. in Vrb. Baglionius in Ferdin. II. Cæſare. Buſſierres in ſuis Floſc. ad hunc ann.*

Ferri fodinis in Caſtro Mõtis Leonis territorij Spoletini repertis, nouam officinam Vrbanus extruxit pro ferro aptando; extat numiſma cùm

Digitized by Google

liæ locis fœdè graſſabatur, quà preci-bus ad Deum, quà humanis remedijs, & ſumma vigilantia Vrbem ſeruauit immunem.

1632. Aperto commiſſo prælio apud Lutzam Germaniæ nobilem Vrbem inter Suecos, ſeù Lutheranos, & Catholicos, ſeù Germanos, & Auſtriacos magna vtrinque conſecuta cæde, victoria tandem ceſſit Auſtriacis, nam Guſtauus Adolphus Suecorum Rex, dum atrox in bellum totus effunditur, à priuato milite in ipſo belli feruore interemptus occubuit. *Thomaſuc. in Vrb. ſupplem. chron. Panuin. Paulus Baglionius in Ferd. II. Cæſare.*

Super Vaticani Theatri interioris Porticibus Armamentarium longè protenſum, & ad læuam latè diffuſum, omni armorum genere inſtructum inſtituit, aptauit, perfecit Vrbanus.

Extat

Digitized by Google

Extat numiſma cùm epigraphe, *Pacis incolumitati*.

1634. Nouo inito prælio apud Norilingam nobilem Vrbem à Suecis obſeſſam, victa, cæſa, & ad internicionem vſque deleta ſunt 15. millia Suecorum militum ſtrenua virtute Erneſti Boemiæ Regis, & Ferdinandi S.R.E. Card. Infantis Hiſpaniarum. Verùm victoria hæc à Catholicis Beatæ Virgini adſcripta, ipſique triumphus in ampliſſima Auſtriacorum dominatione ſplendidiſsimus actus eſt, quia in eius peruigilio 7. die Septembris reportata. *Thomaſuc. in Vrb. Baglionius in Ferdin. II. Cæſare. Buſſierres in ſuis Floſc. ad hunc ann.*

Ferri fodinis in Caſtro Mōtis Leonis territorij Spoletini repertis, nouam officinam Vrbanus extruxit pro ferro aptando; extat numiſma cùm

Digitized by Google

epigraphe. *Ferri fodinis apertis.*

1635. Poſt auctam ad Metaurum Eccleſiæ Iuriſdictionem Durantis oppidum Ciuitatis iure Vrbanus donauit, atque addito Epiſcopo Vrbaniam deinceps nominari, & dici iuſſit; amplos redditus Abbatię Sancti Chriſtophori Frãciſcus Cardinalis Barberinus reſignauit, ac, miro exemplo, menſæ Epiſcopali attribuit, donauit.

1637. Ferdinando III. Romanorum Regis electi Imperatoris, ſicuti priùs Ludouici XIII. Galliarum, & Nauarræ, Vladislai Poloniæ, & Suetiæ, necnon Philippi IV. Hiſpaniarum, & Indiarum Regum per regios Oratores Chriſtianæ obedientiæ iuramentum Vrbanus excepit.

1639. Cæſarem Raccagnam Apoſtolicum Commiſſarium aduerſus Rempublicam Lucenſium ob violatam

Digitized by Google

tam Eccleſiaſticā Iummunitatem Vrbanus deſtinauit; verùm anteà Congregationem S. R. E. Cardinalium de Immunitate Eccleſiaſtica, & Collegium Vrbanum de Propaganda fide ferè initio Pontificatus erexerat.

1643. Pōtificiam Maieſtatem non ſolum litteris decoratam, ſed & armis munitam eſſe oportere, animaduertēs Vrbanus, Vrbem nouis mœnibus munire aggreditur, vti iam dudum Arcem Aemiliam, & Centumcellarum portum nouis propugnaculis muniuerat, omni armorum genere inſtruxerat; in memoriam diſtichon hoc legitur

Vrbanus perfecit opus, quod cæperat antè
Fruſtratus voto ſumptus, & arte labor.

1644. In extremis vitę conſtitutus Vrbanus, cùm ab aliquibus rogaretur, vt vacuas aliquot Cardinalium ſedes

impleret, conſtantisſimè renuit, rem tanti momenti in vltimis vitæ momẽtis minimè peragendam eſſe, ratus.

Verum ferè XXI. annos in Pontificatu exegit; ſanè tàm diuturnum tempus eius Põtificatus ſingulari Dei beneficio conceſſum eſſe meritò dices, quando Romanorum ſerie Pontificum recenſita, quattuor tantum ſuperiores, tres ad ſummum in ea diuturnitate pares Vrbano inueneris; ideò Vrbanus non initio tantùm, ſed continuo totius temporis ſucceſſu fuit admirabiliter inſignis.

Die 29. Iulij Vrbanus mortalitatem abſoluit, & eodem die Benedictus I. ann. 579. *Ex Panuin. in Chron. Eccl.* Vrbanus II. An. 1099. *ex Brand. chron. Pontif.* è viuis erepti, leguntur.

Eodem anno Ioan. Baptiſta Pamphylius Pontifex electus, & Innocen-

tius

Digitized by Google

tius X. dictus, Pontificatum à minuẽdis vectigalibus auſpicatus; An. 1645. oppida aliquot ad Eccleſiam Sigiſmũdi Malateſtæ obitu deuoluta non conſanguineis, ſed Cameræ Apoſtolicæ ex Bullarum de non alienandis præſcripto attribuit, tum eaſdem Bullas, ſicut & aliam de non extrahendis è mole Aelia theſauris confirmauit. *Bagatta in Innocen. Carolus Cartharius in Syllabo Adu. Conſiſt. num.* 231. Vide Bullam *In ſupremo*; & Bullam *Inter varias*.

1647. Summa animi moderatio in Innocentio X. enituit. nam cùm in Neapolitanis tumultibus ad illud Regnum, Populorum acclamatione vocaretur, eas voces acclamationum nõ modo non admiſit, ſed Hiſpanorum, & Catholici Regis partes iuuit; ac ſanè tunc impletum eſt illud

Non

Non eripit terreſtria,
Qui regna dat cæleſtia.

Bagatta in Innocent. Bruſonius lib. 23. hiſtor. Italicæ.

1648. In magna frumenti caritate caritas Innocentij erga pauperes effulſit, in quorum ſubſidium frumenta vndique conquiſita ità vbertim, & abundè prouidit, vt magna copia ex inopia fuerit. Tum cauſam Reipublicæ Venetæ aduerſus Turcas, quà milite, quà pecunia, quà claſſe maritima, & ſæpe, & validè promouit. *Bagatta in Innocen. Carolus Carthar. in Syllabo Adu. Conſiſt. nu. 231.*

1649. Hunc annum duplex victoria ex Chriſtianæ fidei hoſtibus reportata reddidit illuſtrem. Caſimirus Poloniæ Rex modico, ſed forti exercitu pugnauit in Tartaros, & Coſaccos adeò felici euentu, vt 300. millia fuderit,

derit, deleuerit. Turcæ nauali prælio ad Foxiam victi à Venetis referuntur cæſa ſex millia, naues multæ incenſæ, captiui plurimi, iactura ſuorum leuiſſima. *Buſſierres in ſuis Floſc. ad hunc an. Bernard. Oldoinus apud Turſell. p. 2. ad hunc ann.*

1650. Annum Sanctum magni Iubilæi, ſumma, qua poterat, ſolemnitate Chriſtianis Populis vndique ad Vrbem confluentibus Innocentius celebrauit. Portam Sanctam Vaticani Templi ter malleo percuſſam, vt moris eſt, aperuit diſtributis numiſmatibus cum epigraphe; *oſtium Cæli apertum in Terris.* Rei frumentariæ molendæ vectigalia imminuit, Euangelium in varijs Orientis regionibus per Religioſos viros propagauit. *Bagatta in Innoc. Carolus Carthar. in Syll. n. 233. Add. ad Turſell. p. 3.*

1653.

1653. Quinque Ianſeniſtarum Propoſitiones deſumptas ex libro Cornelij Ianſenij Iprenſis Epiſcopi, cui nomen *Auguſtinus*, in Gallijs iam propagatas, pręmiſſo nonnullorũ Cardinaliũ, & illuſtriũ Theologorum, qui tum in Vrbe, exacto examine ſæpe coram ſe habito, Innocentius tanquam Hæreticas, & à fide Catholica alienas damnauit, edita Bulla *Cum ex occaſione*. Pariter aliorum aſſertionem Sanctum Paulum non modò in meritis, & Prædicatione, ſed etiam in Apoſtolico Principatu D. Petro coęquantium, hęreticam declarauit; abſonum à fide ratus, vni Eccleſiæ corpori duo ſimul capita affigere. *Bagatta in Innoc. Carolus Carth. in Syllabo num.* 235.

1655 Hoc anno ſeptima Ianuarij dies ſuprema in terris Innocentio X. octogenario fuit, cùm annos ſupra de-

Digitized by Google

decem tres menſes, & dies viginti tres D. Petri tenuiſſet ſedem; eadem die 705. Ioannes Papa VI. & Cœleſtinus Tertius Ann. 1188. mortalitatem expleuiſſe leguntur apud *Ciacon. in Ioan. VI. Illeſcam hiſt. Pontif. lib.* 5. *c.* 31.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

I N D E X

Rerum, & verborum Notabilium.

Primus numerus Partem, ſecundus Folium ſignificat.

A

A*Bagarus* miſit ad Chriſtum Epiſt. & Pictorem. par. 1. fol. 11.

Abdilæ Saraceni Principis mors ſubita. p. 1. 252.

Agapes. Quid ſint. p. 1. 35. Mos eas celebrandi tollitur. p. 1. 86.

Alaricus Vrbem diripit. 1. 97. Coſentiam oppugnat. p. 1. 96. In Baſentio flumine conditur Ibid.

Alexander Seuerus Imp. pius in Chriſtianos, & quare. p. 1. 42. Eius laus fol. 43. Chriſtum habet in ſuo Larario. Ibid.

Alexandri PP. I. Ordinationes variæ. p. 1. 33. Alexandri II. ſanctitas bis emicuit. p. 2. 20. Alexand. III. Inuictæ conſtātiæ. p. 2. 44. à Summis Regibus colitur. Ibid. Federicum Imp. diris deuouet. 46. Venetias deſertur claſſe 13. triremium. 49. Pro electione S. Pont. decretum edit. 50. Alexandri VI. calumniæ depelluntur. p. 2. 178.

Al-

Digitized by Google

Alphonſus Rex quem honorem deferat Legato à Latere p.2. 150. Schiſma tollit. Ibid. plura beneficia in Eccleſiam confert. 156. Reg. Neap. ab Eug. IV. recipit. ibid.
S. Ambroſius. Morauorum Reginam inſtruit. 1. 94. Miraculo à cæde ſeruatur. 1.92.
Amor impudicus punitur. 1.252.269.p. 2.5.11. 31. 145.
Anaſtaſius Imp. perſequitur Eccl. p.1. 134.135. fulmine ictus occumbit. p.1.129.
Arius damnatur. p.1.69. Alapa cæditur. p 1.72. peſſimè moritur. 76.
Athanaſius. petitionem Cōſtantij eludit. p.1.70. Exilio mulctatur. 80. Perſecutores eludit. 81.
Attila. flagellum Dei dictus p.1.117. Eius inſolens factum. Ibid. Leoni Sum. Pontifici obtemperat. Ibid.
Aureus numerus inuenitur. 1. 70.

B

B*Aiazetis* dira captiuitas. 1. 50. 51. p.2. 141. Ferrum lanceæ dono mittit Innocentio VIII. p.2.177.
Baptiſmus nequit iterari. 1.48. 60. Non debet differri ad finem vitæ. 1.63. 64.
S. Bartholomæi corpus Beneuentam defertur. 1. 235. Romam trāsfertur ab Othone 272.
Benedictus PP. VIII. Legem de electione Impe-

pe-

peratoris ſanxit. p.2.6. Vt ſymbolũ Nicęnum in Eccl. Rom. caneretur iuſſit. p.2.7.
Berengarij error. p. 2. 26. Pœnitentia. Ibid.
Bonifacius VIII. Iubilæũ celebrat. p. 2. 11. Philippum Galliæ Regem diris deuouet. 102. Cõſtitutionem de duplici gladio Eccl. edit. Ibid. Adulphi Imper. Legationem excipit. p. 2. 99. Sextum iuris Cod. edit. 100. Primus duplici Thiara vſus p. 2. 100. Anagniæ capitur. 104. mœrore animi conficitur. ibid. In Concil. defenditur. p. 2. 110.
Britij Epiſc. Innocentia miraculo detegitur. p. 1. 100.
Bulgarorum Rex ad fidem cõuertitur. p. 1. 110.

C

C*Aiphæ* mors. p. 1. 8.
Calices lignei à Zephirino PP. ſublati. p. 1. 41.
Caluini fraus detegitur. 1. 66. Mors peſſima. p. 2. 194. Caluiniſtæ fœminæ ſupplicium. p. 2. 229.
Cardinales. Euariſtus inſtituit. p. 1. 19. Eorũm poteſtas. 30. Numerus. 29. Rubrum galerum quis ijs conceſſerit. p. 2. 75. Purpureum indumentum Bonif. VIII. dedit. p. 2. 100. ſublimiora ſubſellia Paulus II. conceſſit. p. 2. 165. Eminentiſſimorum Titulũ Vrbanus VIII. dedit. p. 2. 242. Electio Sum. Pontif. ad eos reſtricta. p. 2. 18.

Carolus

Carolus V. Imper. eligitur. p.2.182. Tunetum expugnat. p.2. 187. Summi Pontif. exoſculatur pedes. 188. rogat Pontif. vt Concilium Gen. cogat. 189. Victoriam refert ex hæreticis Lutheranis. 190.

Chriſtus. Quo anno ætatis mortuus. p.1.4. Petrum conſtituit Caput Eccl. p.1.5. Iubetur coli inter alios Deos à Tiberio. Eius effigies. 11. Eius tunica in vrbe Galatia ſeruatur. 164. De eius Velo, & Syndone. 193. Eius ſanguis Mantuæ probatur. 230. Columna, in qua flagellatus, Romam defertur. p.2.66.

Clemens V. In Gallias ſedem Rom. tranſtulit. p.2.106. Andronicum Orientis Imper. diris deuouit. 107. Ferrariam recuperat. 108.

Clemens VI. Ad ann. 50. Iubilæum decurtauit, & quare. p.2.120. Alia eius opera egregia. 121. Cur negauerit cogere Concilium pro vnione Græcorum. 122. Emit à Ioanna Reg. vrbem Auinionen. 124. Eidem Ioannæ Reg. Siciliæ Regnum iure fiduciario conceſſit. ibid.

Clemens VII. Iulius anteà dictus cur nomen mutauit. p2. 184. Iubilæum celebrat. ibid. Dum Roma diripitur in Arce S. Angeli ſe recepit. 183.

Clemens VIII. Aldobrandinus nomen, & Pontificatum ei prædixit S. Philippus Nerius. p.2.218. Apoſtoli, & Euangeliſtæ titulus ei

Digitized by Google

deſertur. 219. Honoribus SS. donat Hyacinthum Polonum, & Raymundum Barcinonen. Ord.Prædic.224. Legatos ab Aegypto, & Alexandria miſſos excepit.221. Henricum IV. Gall. Regem à Cenſuris abſoluit. 222. Ferrariam ſiuè ferro recuperat. ibid. Plura Seminaria, & Colleg. Clementinum inſtituit.221.

Clerici. A Tributis exempti. p.1.52.Illis fauet Alaricus Gothorum Rex.p.1. 140. Frangunt Cœlibatus legem.p. 2.19.21.33.Coguntur cœlibatum frangere. p.1.200.Lex de Clericis non reſidentibus lata. p. 240 Soluere tributa coguntur. p.1.231.Illis fauet Athalaricus.p.1.140.

Concilium. Hieroſolymis celebratur. p.1. 15. Cuius ſit illud conuocare. p.1.7. p.2. 43. 44.p.1.193.

Conſtantinus Magnus. Epiſcoporum cauſas ad Sum. Pontificem remittit. p. 1. 59. Crucis ſigno præeunte Maxentium vincit. Ibid. Michael Archang. illi apparet. p.1. 60. Licinium ſuperat.p.1.65.Eius Baptiſmus.61. Legem Papiam abrogat. 65. Vrbis dominium Sancto Syluestro cedit.67.eius reuerentia erga Sacerdotes.72.Moritur.77.Vrna eius miraculis decoratur. Ibid.

Conſtantinus Pogonates fauet Eccleſ. p. 1. 193. 194. Eius obſequia ergà Sum.Pontif.Ibid. Liberũ ius creandiS.Pontif.ceſſit.p.1.197.

Conſtantino Papæ honor delatus. p. 1. 202.
Conſtantinus Copronymus lauacrum polluit. p. 1. 209. Cœlibatum abrogat. 221. acerbo fato perijt. Ibid. Moriens iuſſit B. Virg. coli. 222.
Conſtans II. Imp. Monothelitis fauet, Martinum Papam vexat. p. 1. 189. Nec Deo, nec hominibus parcit. 190. trucidatur. ibid.
Cõſtantinopolis capitur à Mahumete II. p. 2. 159.
Conſtantinopolitanus Patriarcha. Extollit ſe ſuprà Rom. Pontif. p. 1. 156. Reliquis Patriarchis antefertur. p. 1. 146. Sed nõ Rom. Eccl. 172. p. 2. 56.
Corepiſcopi. Abrogantur. p. 1. 152.
Coſrohes Perſarũ Rex Hieroſol. capit. p. 1. 174. In Perſidem Crucis lignum aſportat. Ibid.
Crux. Inuenitur ab Helena. p. 1. 74. Viſitur Hieroſol. 79. Signo Crucis mare quieuit. 84. ea effoſſa theſaurus inuenitur. 36. In Perſidem aſportatur. 174. Emittit ſacrum liquorem. 167. Pars eius in Gallias defertur. 150. Carmina in eius laudem. ibid. Recuperatur ab Heraclio. 178. Miracula, & feſtum, ibid.
Cunegũdes Henrici I. coniux, ſed virgo. p. 2. 8. 9.

D

D*Amaſus I.* PP. in eo eligendo Comitia ſanguine fœdãtur. p. 1. 84. Confirmat Acta Conc. C. P. p. 1. 89. Hymnum glorificationis inſtituit. ibid. Eccl. Rom. præfert

Digitized by Google

cæteris. ibid. Eius iuſſu habetur vulgata editio ſac. Scripturæ. p. 1. 90. Ea verba. *Qui à Patre, Filioque procedit*. primus addidit Nicæno Symbolo. 1. 192.

Dæmon. Claudium præſidem præfocat. p. 1. 46. Lutherum verberat. p. 2. 208. Contemptores Miſſæ enecat. p. 2. 211.

Deſiderius Rex. Oppida à ſe occupata Rom. Eccleſiæ reſtituit. p. 1. 221. Lugduni exul moritur. ibid.

Deusdedit Papæ ſanctitas. p. 1. 176.

Diaconi à Fabiano Papa eliguntur ſeptem, & cur. p. 1. 47. Subdiaconi totidem. ibid.

Diaconiſſæ quæ ſint. p. 1. 35.

Diocletianus. Chriſtianos perſequitur. p. 1. 52. Marcellinum PP. peruertit. p. 1. 54.

Dionyſius PP. primus diœceſes inſtituit. p. 1. 51.

Dionyſius Epiſcopus Rom. Pontif. conſulit. p. 1. 94. Errorem de millenario confutat. p. 1. 51.

S. Dominicus Ord. Prædicat. fundator. in eius ortu prodigium. p. 2. 47. Precationum genus, quod Roſarium dicitur, inſtituit. p. 2. 65. Patrat ingens miraculum. p. 2. 61. Ord. Prædic. inſtituit. p. 2. 68.

Dominicani Ord. Fratrum martyrium Toloſæ, p. 2. 69. Sandomiriæ quadraginta nouem. p. 2. 83. S. Petri martyrium inſigne. p. 2. 78.

Dorothea Virgo miraculo Theophilum conuertit. p. 1. 53.

Ec-

Digitized by Google

E

Eccleſia Rom. cæteris præfertur. p. 1. 28. 89. 173.

Eccleſiæ Bona non poſſunt ad hæredes tranſmitti. p. 1. 142. Ablata reſtituuntur ab Ariperto. p. 1. 202. A Deſiderio Rege Longobard. 221.

Electio Rom. Pontif. vſurpatur à Gothis. p. 1. 139. Tùm ab Orientis Imperatoribus. p. 1. 148. Ad Cardinales reducitur ſub Nicolao II. p. 2. 18.

Eleutherius PP. eo ſedente Lucius Britanniæ Rex ad fidem conuertitur. p. 37. Habetur verſio ſacrarum litterarum à 72. interpretibus. p. 1. 38.

Epheſinum Concilium. p. 1. 107. In eo eſt decretum, vt diceretur Angelica in Salutatione, *Sancta Maria Mater Dei &c.* 108. Fraus Hęreticorum detegitur. ibid. In caua arundine epiſtolæ miſſæ. 109.

S. Epiphanius. Temerarium quendam punit. p. 1. 97. Tùm miraculo ad vitam reuocat. Ibidem.

Epiſcopi à quo eligerētur antiquitus. p. 1. 168.

Eſtenſis familiæ Sereniſſimæ initia p. 1. 264.

Eudoxia. Petri catenas tranſmittit Romam. p. 1. 110. Altera Eudoxia Genſericum Romam arcerſit. p. 1. 118.

Eulalij facinus. p. 1. 104. Nepeſinæ Eccleſiæ præficitur. ibid.

Digitized by Google

S. Euphemia è ſepulchro fidem Catholicam probat tempore Marciani Imp. p. 1. 116.

Eugenius III. Dum ſacra facit, circumfuſus luce aſpicitur. p. 2. 39.

Eugenius IV. Agnoſcitur à German. Principibus p. 2. 156. facta eſt vnio Grecorum, & Latinorum. 155. Armenorum & Iacobitarum cùm Eccl. Latina. ibid.

Euangelium canit Federicus Imp. p. 2. 167.

F

F*Abiani* PP. electio miraculoſa. p. 1. 45. Elegit ſeptem Diaconos, totidem Subdiaconos. p. 1. 47.

Federicus Aenobarbus Imp. eligitur. p. 2. 41. Obſequio proſequitur Rom. Pontificem, tùm ab illo deſciſcit. 42. Concilium indicit contrà Alexan. III. 43. Diris deuouetur ab Alexand. III. 46. Pacem init cùm Alexan. Venetijs. 46. Eius facinora in Eccleſiam. 50. Nando mergitur in Armeniæ flumine. 54.

Federicus II. Greg. IX. Summum Pontif. perſequitur. p. 2. 73. Eius carmina ad illum. ib. Petrum de Vineis excœcat, & cùr. 76. mœrore animi conficitur. 78.

Feſtum Corporis Chriſti quare inſtitutus. p. 2. 72. 84. Miraculum 147. Renouatur à Martino V. 151. Miraculum. 161. Aliud miraculum Ibid. Feſtum Traſfigurationis Domini à quo, & quare inſtitutum. 162. Fe

ſtum

Digitized by Google

ſtum omnium Sanctorum à quo, & quare inſtitutus. p.1.235.

G

Gallia S.R.E.vectigalis piè à Carolo Magno conſtituitur. p.1.223.

Gelaſius PP.I. Lupercalia, & Circenſes ludos ſuſtulit. p.1.129.

Gelaſius II. profugus Henrico IV. Imp. perſequente Caietam petit. p.2.32.

Genſericus Vvandalorum Rex. Africam occupat, Romam diripit. 1.118.

Gofredus Buglionus bis Turcas vincit.p.2.29. Hieroſolymam capit. 29. Miracula in expugnatione eius Vrbis. ibid. & 30.

Gothi Valentinianum Imp. vincunt, & cremant p.1.87.Vrbē primi diripiunt.p.1.97.

Gradenſis Patriarchatus Venetias transfertur. p.1. 172.

Gregorius PP.I.Eutychium conuincit.p.1.154 Monaſticam vitam repetit. 155. Pontifex inuitus eligitur. 158. A lue Romam liberat. 259. Supplet cùm Angelo Antiphonam, *Regina Cæli*. 160. Ramenta Catenarum SS.Petri, & Pauli dono mittit. 165. 168. Monachos à iure Epiſcopi eximit primus. 160.Sabinianum Papam ictu percutit 172. Colūba eſt viſa illi ſcribenti aſsiſtere. 171.

Gregorius II. primus armis temporalibus Eccleſiam tuetur.p.1.212.

Gregorius III. Luitprandum ab oppugnatione

Digitized by Google

Vrbis deterret. p.1.211.

Gregorius V. Electores Imperatoris in Germania inſtituit. p.269.

Gregorius VII. Hildebrandus anteà dictus Pōtifex eligitur, p.2. 21. Cœlibatum tutatur. 22. Detruditur in arcem à Cincio, ſed ſtatim liberatur. ibid. Henricum III. Germaniæ Regem aduerſum priùs habet, poſteà ſupplicem. 23. Henricus vexat Greg. VII. tùm ad extremam miſeriam redactus emoritur. 24. Manet eius corpus quinquè annis inſepultum. ibid.

Gregorij XIII. in pijs operibus liberalitas mira. p.2. 204. 205. Annum ſanctum celebrat. 206. Iaponorum Regum Oratores excipit. 208. Kalendarium, & Gratiani decretum corrigit. 206.

Gregorius XV. & eius geſta. p.2. 233. & ſeqq.

Guſtauus Adulphus Suecorum Rex occiſus occumbit. p.2.244.

H

H*Adrianus* PP. I. in diuturnitate Pontificatus omnes, excepto Diuo Petro, Summos Pontifices ſuperauit. p.1.225. ſub hoc Pontifice addita ſunt Symbolo Niceno ea verba. *Qui à Patre Filioque procedit*. p.1.224.

Hæretici. An rebaptizandi. p.1.48.49.

Helena. Crucem Domini inuenit. p.1.74.

Henrici Occid. Imp. coronatio notāda. p.2.55.

Hen-

Henricus Hiſp. Rex ſummum honorem defert Legato à Latere. p.2.170.
Henricus Orien. Imper. legem, nè Eccl. eſſet bonorũ immobiliũ hæres,reuocat, p.2.63.
Heraclius Orien. Imper. Crucem aſportat ex Perſide p. 1. 178. colitur à Mahumete I. Turcarum legislatore. 177. Porta vltrò ſe reſerante,quæ prius vltrò ſe occluſerat, Hieroſolymam intrauit. 178. Manotheli-ta factus fœdo mortis genere emoritur. p. 1. 185.
Hieroſolyma. Expugnatur à Cn. Pompeio prius, tùm à Tito. p.1.21. Occupatur ab Haumar Saracenorum Principe. p. 1.184. Recuperatur à Gofredo. p. 2.29. Expugnatur à Turcis. 52.
D. Hieron. An fuerit Card. p.1. 91. Ad mortẽ expetitur. 92. Calumniæ in illum. ibid.
Hildebrandus qua arte Simoniæ conuictus. p.2. 16.
Honorius PP. I. Calumniam hæreſis Monothel. ſubit. p. 1.181. Defenditur à quamplurimis. 182.
Hormiſda PP. primus regia corona redimitus inceſſit. p. 1.137. Eius conſtantia. ibid.
Hunnericus Rex fauet Arianis. p. 1. 120. ſed vermibus ſcatens moritur. ibid.

I

IAcobus Min. Hieroſol. ordinatur Epiſcopus. p.1.7. Eius prædicatio in Hiſp. 13.

Eius

Digitized by Google

Eius corpus Compoſtellæ. 14.
Ieiunium Sabbati à quo ordinatum. p. 1. 101. Quattuor tẽporũ. 44. Quadrageſimale. 34.
Ignatius Antioch. Eccl. Epiſc. p. 1. 96.
Ignatius C.P. Patriarcha è ſede eijcitur. p. 1. 247. Photius condemnatur. 248. Suæ ſedi reſtituitur Ignatius: ibidem.
Imago Beryti Ieſu Chriſti ſtillat ſanguinem. p. 1. 219. B.Virg. ſtillat oleum. 2. 59. 60. Græcis eripitur, datur Latinis. 60. Imaginum cultus abolitur in Oriente, p. 1. 210. Reſtituitur à Nicœna II.Syn. 224. Conſtãtini. V. Iconoclaſtæ pœna. 226. Leonis Iſauri Iconoclaſtæ mors violenta. 224. Reſtituitur cultus S.Imag. ob Imp. Orient. 236.
Immunitas Eccleſiæ. p. 1. 121. p. 2. 63. 134. 143. 247.
Indulgentiarum origo vetuſta. p. 1. 238.
Innocentius III. primatum Petri aſſeruit. p. 2. 57. Othoni defert imperium. ibid. Legatum in Siciliam mittit fauſto euentu. 58. Danorum Regem increpat. 61. Legatum in Angliam mittit. p. 2. 64. 164.
Ioannis Baptiſtæ caput. p. 2. 9. Cineres. ibid.
Ioannes Euangel. interfuit Concil. p. 1. 15. eius martyrium. 25. Mors ibid.
Ioannes I. Papa cœco lumen reſtituit. p. 1. 138. à Iuſtino Imp. adoratur. 138. Carceri mancipatur à Theodorico, & moritur. ibid.
Ioan. XXII. ſe à iuramento transferendi Ro-

mam

mam ſedem ſoluit. p. 2. 112. Fraticellos compreſſit. 113. Ludouicum Bauarum, Raynaldum Ateſtinum, Archiep Mediol. è cœtu piorum excludit 114. Perſecutiones contrà Iudæos motas cohibet. ibid. Regiam coronam Poloniæ reſtituit. 115. Nicol. V. Pſeudopontificem in carcere detinet, tùm noxam remittit. 116. Moriturus abſtinuit à quæſt. de nimis tarda viſione Dei. Magnam pecuniæ ſummam moriens Eccl. reliquit. ibid.

Ioãnæ Papiſſæ fabula reijcitur. p. 1. 244. & ſeqq.

Ioan. Alex. Patriarchæ pietas in pauperes. p. 1. 174.

Iulianus Apoſtata. p. 1. 12. Fideles perſequitur. 81. temperat à ſanguine, & quare. 82. Impia eius morientis vox. ibid. Mimi eius funus inſectantur. 83.

Iuſtinianus Imp. fauet Eccl. p. 1. 140. Legum Inſtit. componit. 141. Conſulit Sum. Pontif. pro Hæreticis extirpandis. 142. Vigilium Papam vexat. 147 Sedem C.P. Antiochenæ, & Alex. præfert. . 146. Hæreſis errore labitur. 149. ſubito fato corripitur. 151.

Iuſtiniani iunioris pœna. p. 1. 200. mutata mente fauet Eccleſię. 201.

Iuſtinus Imp. in Eccleſiam pius. p. 1. 136. 137.

L

L*ancea*, quæ Chriſti latus aperuit, defertur Romam. p. 2. 176.

Lau-

Lauretana domus.p 2. 172.98.99.

Ladislaus Neap.Rex diris deuouetur.p.2.144 In bello vincitur, Regno priuatur à Ioan. XXIII.145. Eius mors violenta. ibid.

Leo III. pluries celebrat cùm vexatur. p. 1. 225. Ab Hadriani I. nepotibus enormiter vulneratur. 227. Occidentale imperium inſtituit, Carolo Magno primò defert. 228. Suibertum Catalogo SS. primus adſcribit. ibid.

Leonis Papæ IX. ſanctitas p.1.14. Miracula ad eius ſepulchrum. ibid.

Leo Magnus PP. Arcanum SS.Trin. defendit. p.1.112. Attilæ progreſſus cohibet. 117.

Liberius PP. exilio mulctatur. p.1.80. Non fuit hæreticus. ibid.& 81.

Lingua. Maximus præciſa lingua pro fide Cathol.diſertiùs loquitur.p.1.190. Idem præſtant alii Martyres. 126.

Lucianus Martyr obtruncatum caput geſtat. p 1.24. Idem præſtat Sabinianus. ibidem S. Dionyſius. 27. Dominicani Fratres. p.2. 69.

Lutherus A Dœmone verberatur. p. 2. 198. Eius libri peſtilentes. 208.

M

MAcedonius. Eius error. p.1. 87. è ſede Conſtantinop.pellitur.88. Ad eius deteſtandam hæreſim adduntur in ſymb. ea verba, *Et in Spiritum Sanctum &c.* ibid.

Ma

Mahumetes I. Turcarum Princeps. p.1.167.
Mahumetes II. Conſtantinop potitur.p.2.159.
Maiuma quid ſit. p.1.95.
S.Martinus Theodomirum Regem Gothorum à morte ſuſcitat.p.1.149.Cùr in hauſtu vini inuocetur.1. 153.
Mathildis prodigioſus partus. p. 2.92.
Mathildis altera Greg.VII.excipit. p.2.23.
Maria Virgo. Deo vouit virginitatem. p.1.2. Eius dormitio.14.Libros Neſtorij execratur.105.Non eſt dicenda Chriſtotocos tãtùm.107 Eius ope ceſſat lues.159.147.Feſtum eius Conceptionis p.2. 15. Incipiunt recitari eius horæ.28. Oleo morbos ſanat. 60.LinguamSacerdoti reſtituit.64.Feſtum eius Natiuitatis à quo inſtitutum.75. Eius Domus Lauretana. 98.99. In eius honorem ordo Militum inſtituitur inHiſp.151. Domum Lauretanam à Turcis liberat.172 Moniales ſeruat incolumes.207. Victoria apud Norilingam ab Auſtriacis illi tribuitur. 245.Blaſphemum excęcat. p.225.
Martinus V. poſt ſchiſma trium Pontif. eligitur.p. 2. 146. Profligat Huſſitas. 148. Feſtum CorporisChriſti renouat. 151.Temporum ſuorum felicitas quare dictus.152.
Mauritius Imp. Tiberio ſuccedit,S.Gregorium muneribus cumulat. p.1. 155. Legem nè milites Monachi fiant, reuocat. p.1. 162. Mirum eius patientiæ exemplum. 170.

Digitized by Google

Meto Tartarorum Rex, quæ pro fide Chriſti præſtiterit. p. 2.88.

Miſſæ. Mira vis. p. 1. 175. quoties poſſit in die celebrari. 225. Eius contemptores puniti. p. 2. 211.

Michael Paphlago. p. 2. 11.

Monothelitarum hæreſis. p. 1. 179. Sergij Monothelitæ fraus. 181. Macarij Patriarchæ Antiocheni Monothelitę dolus. 194. Eiuſdem contumacia. 195. Hiſpani Patres Monothelitas execrantur. 198. Polychronij Monothelitæ inſolens factum. ibid.

N

N*Arſes* Longobardos vocat in Italiam. p. 1. 151.

Nero. Chriſtianos perſequitur primus. p. 1. 19. Seipſum interimit. ibidem. Aduerſus Iudæos Veſpaſianum delegat. 20.

Neſtorius, Damnatur à Cyrillo. p. 1. 106. Eius verba ad Imp. 107. Defenditur à Cādidiano. 108. In exilium pellitur. 109. Eius mors exeſa vermibus lingua. 110. nuperrimè damnatur. p. 1. 115.

Nicolaus Epiſc. Myren. Alapa percutit Arium. p. 1. 73. Carceri mancipatur, a Chriſto, & B. Virg. liberatur. ibid. Eius oſſa ludibrio ſubducuntur. p. 1. 330.

Nicolaus II. eligitur. p. 2. 17. Ad ſolos Cardinales S. R. E. Sum. Pontif. electionem reſtringit. 18.

Digitized by Google

Nicænum Concilium contrà Arium.p.1.71.Miranda, quæ in eo contigère. 73. Conſtantini Magni ergà Sacerdotes, & Epiſcopos reuerentia ſumma delata. 72. Acta Sardicenſis Concilij in vno volumine cùm Actis Concilij Nicœni. p.1. 103.

Nomen mutare quando Pontifices cœperint. p. 1. 238. Adrianus VI. & Marcellus II. nomen non mutarunt. p.2. 192. Clemens VII.cùr nomen mutauit.184.

Northmanni Leonem Papam IX. vexant. p.2. 14.Tutelares Eccl.euadunt. 24.25.

Notarij, ſeu Prothonotarij à D. Clem I. PP. inſtituuntur.p.1.18.

Nuptiæ apud Gręcos vltrà tertias prohibitæ.p. 1.260.Incęſtuoſę puniũtur.p.2.31.p.1.268.

O

ODoacer Italia potitus nomen Imperatorum delet, & Rex Italiæ dici voluit. p.1.122. 123.

Offa Angliæ Rex in Eccl. pius, & munificus. p.1.222.

Oliuerij Carafæ triumphus. p.1.169.

Origenis facinus. p.1.40. Varię de illo opiniones. 41.

Origo. Prothonotariorum. p.1. 18. Aduocatorum Conſiſtor. 168. Antiphonarũ.96.Beneficiorũ. 133.Coronæ Põtificiæ ſolẽniter geſtandæ.p.2.34. Viceecancell.53. Militum Theutonicorũ. 55.Concordant. Bibliæ.77.

Offi-

Officij Magiſt. Viarum. 150. Salut. Angelicę in meridie recitãdæ. 169. Mahumeticæ legis. p. 1. 177. Canoniz. SS. p. 1. 229. Seminariorũ Cleric. 246. Campanarum. 349. Indulgentias diſpenſandi. p. 238. Phrygij, ſeù pallij. p. 1. 76.

Oſius Cordub. Epiſc. Leg. à Latere S. Sylueſtri præſidet Nicæno Conc. p. 1. 225.

Otho Magnus in Eccl. beneficus. p. 1. 264. Eius Cubicularius vexatus à Dœmone miraculo liberatur. 265. Moritur. 166. Otho II. Imp. dictus à Clem. V. qui Septemuiratum inſtituit. 267. Otho III. veneno interficitur. p. 2. 3. Eius tragicum factum. p. 1. 268.

Oues a Paſtoribus paſcendæ. p. 2. 225. Nè ſuos Paſtores accuſent, ſancitum. p. 1. 132.

P

P*Andulphus* Card. à Latere Legatus quàm benè ſe geſſerit in Anglia. p. 2. 64.

Pantheon dedicauit primus Bonif. IV. p. 1. 173.

Paſchalis II. Dolo capitur ab Henrico Germaniæ Rege. p. 2. 30.

Paulus Apoſtolus eius nomen quid ſignificet. p. 2. 15. Eius martyrium. p. 1. 17. 18.

Paulus II. quem honorem exhibuerit Imperatori Romam venienti. p. 2. 167. Pedes ſacras Reliquias circumtulit. 168.

Paulus III. Angliæ Regem diris deuouet. p. 2. 186. Quẽ honorem exhibuerit Carolo V. Romã ingreſſo. 188. C. Trid. indicit aduerſus Luth. 189.

Paulus IV. Tribunal S. Inquiſitionis erigit Romæ. p. 2. 195. Indicem librorum prohibitorum primus inſtituit. ibid. Conſanguineos ex Vrbe expellit. 190.

Paulus V. & & præclara eius geſta. p. 2. 227.

Paulus, Cyrus, & Sergius Monothelitæ condemnantur ſententia ſanguine è calice, ſtillato ſcripta à Martino Papa I. p. 1. 188.

Patres Africani Sum. Pontif. reuerentur. p. 1. 167.

Pelagij hæreſis. p. 1. 100. Condemnatur à Zoſimo. 102.

Petilianus Donatiſtarum patronus refutatur. p. 1. 100.

S. Petrus conſtitutus Caput Eccl. p. 1. 5. Concil. conuocat. 7. Ordinat Iacobum Epiſc. Ibid. Eius Pontificatus initium, & Cathedra. 12. Eius martyrium. 17. Baculum dat diſcipulis. 22. Euãgelia approbat. 16. Vrbis Patronus. 155. 118. 249. 250. Eius Catenarum miraculum. 265. Alano Regi auxiliatur. 257. Eius gladius miraculis fulget. p. 1. 111.

Petrus Ord. Prædicat. ſanguine Solo inſcribit ſymbolum. p. 2. 78.

Petrus Bagarottus iniurius in Sum. Pontif. punitur. p. 2. 173.

Petrus Abaylardus à S. Bern. conuincitur, p. 2. 36.

Philippi Cancell. Pariſien. apparitio. p. 2. 70.

Digitized by Google

Philippi II.Hiſp.Regis fœdus cùm Pio V. aduerſus Turcas. p.2.202. cùm Innocen.IX. aduerſus Angliæ Regnum. p.2. 217.
Philippicus Imper. à Vate Monothelita ſeducitur.p.1. 204. Ob id priuatur imperio. 205.
Philippus Galliæ Rex. Bonifacium VIII. vexat. p.2. 102. Capit.104. Iudæos è ſuo regno pellit.p.2.107.
Pipinus in Eccleſiam pius. p.1.218.216.
Pij Papæ ordinatio de Paſchate celebrando. p.1.13.39.69.70.
Phocas Imp.Eccleſiæ propitius.p.1.167. Quia tyrannicè imperat, occiditur. 173.
Photius damnatur,ſententia ſanguine è calice ſtillato ſcribitur. p.1. 251. Conſtantinop. Patriarcha per vim, & dolum.247.dicitur Lupus à Marino, & quare. 251. Sedi C. P. reſtituitur, à qua pulſus. 254. Carceri mancipatur,& moritur.256.
Placidiæ blanditiarum mira vis. p.1. 79.
Polychronij Monothelitæ inſolens iactantia. p.1. 179.
Prætextatus Rhotomagen. Epiſc. necatur, & quare. p.1. 157.
Priſcilliani error. p.1.100.112. p.2.145.
Proclus Patriarcha de remedio aduerſus Terræmotum monetur. p.1.12.
Pudicitia ſeruata. p.1.56.248.

Puer

Puer quinquennis electus Epiſc. p.1.260. Alia exempla. 257.

R

RAmenta Catenarum Sanctorum Petri, & Pauli dono mittuntur. p.1.168.165.

Ramirus Rex diuinitùs iuuatur. p.1.262.

Ramirus Monachus contrahit Matrimonium p.2.21.

Remigius Clodoueum Gall. Regem baptizat, Balſamo è cælo delato inungit. p.131.

Remedium aduerſus Terræmotum. p.1.12.140.

Regibus Hiſpan. vndè Cath. titulus. p 1.213.

Reges, *Imperatores* in Summum Pontificem pij, obſequentes. Conſtantinus Magnus. p.1.63. Clodoueus Gallorum Rex. 137. Iuſtinus Orientis Imperat. 136. 138. Conſtantinus Pogonates. 193.197. Tiberius Iuſtiniani filius primus fuit, qui Sum. Pontificis deoſcularetur pedes. p.1.202. Luithprandus Lōgobard. Rex. p.1.211.214. Rachis Longobard. Rex. 214. Pipinus Galliarum Rex. 216. Carolus Magnus. 221. Ludouicus I. Galliarum Rex. 232. Baſilius Orientis Imp. 251. Otho Magnus. 264. Otho III. 267. Henricus I. Occid. Imper. p.2.8. Carolus IV. Occid. Imp. 123. Io. Palæologus Orient. Imper. p.2. 132. Sigiſmundus Occiden. Imper. 147. Ludouicus II. Occid. Imper. Congi, & Iaponorum Reges.

p.2. 230. Alij plures noſtri temporis Reges, Imperatores.

Rhodus defēditur ab Allob. Ducibus. p. 2. 109.

Robertus Guiſcardus in Eccl. pius. p. 2. 25.

Roberti Regis pœna. p. 1. 269.

Rodericus Borgia Legatus à Latere. p. 2. 168.

Rodulphi munificentia in Eccl. p. 2. 95. Pietatis rarum exemplum. 90. Ab eo Reges Hiſpaniarum, & Indiarum. 14. Rom. Occid. Imperatores deriuati. p. 2. 91.

Roma. Quattuor vno anno vidit Imper. p. 1. 19. Diripitur ab Alarico primùm. 97. Vidit tres ſimul Summos Pontifices. p 2. 12. Diripitur à Genſerico. p. 1. 118. Obſeſſa à Longobardis. 153. Diripitur à Cæſarianis. p. 2. 185. A lue liberatur. p. 2. 196. 244 p. 1. 159. 196.

Romani Ciues. Sum. Pontificibus temporalem iuriſdictionem abdicant; ſed poſt an. 50. reſtituunt. p. 2. 36. Interdicto ſubijciuntur. 40. Creſcentius Conſul. auitam vindicat libertatem. 267. punitur ab Othone II. ſeù III. ibid.

S

SAbba Abbas pugnat pro ſacrarum Imag. cultu. p. 1. 134.

Sabiniani martyrium. p. 1. 24. Miraculum eius ſanguinis. ibid. truncatum caput manu geſtat. ibid.

Su-

Digitized by Google

Sabinianus Papa ſæuus in pauperes, prauè affectus in Gregorium Magnum; moritur. p. 1. 172.
Salutatio Angelica ad Campanæ ſonitum à quo inſtituta. p. 2. 74. 169.
Sanctorum Canonizatio. p. 2. 10. p. 1. 229.
Sanctorum omnium feſtum, p. 1. 235.
Saraceni, & eorum geſta. p. 1. 183. 184. 191. 193. 206. 236. 238. 230. 259. 240.
Sathanas adiuratur. p. 2. 66.
Schiſma primum Nouatiani aduerſus Cornelium. p. 1. 48.
Schiſma trium Capitulorum. 147.
Schiſma trium Pontificum. p. 2. 12.
Sedes Apoſtolica quo an. in Gallias translata p. 2. 106. Romam redit. p. 2. 135.
Sedes ſtercoraria quid ſit. p. 1. 243.
Simon Salaka Orient. Eccleſiæ orator obedientiam præſtat Sum. Pontif. p. 2. 191.
Sophroniæ Virg. facinus. p. 1. 57. Alia exempla. ibid.
Syluerius Papa Hormiſdæ filius. p. 1. 143. ſanctè moritur. ibid.
Symbolum Apoſtolorum. p. 1. 12. Nicænum, vt in Rom. Eccl. caneretur Bened. VIII. iuſſit. p. 2. 7.
Sixtus IV. Iubilæum ad an. 25. contraxit. p. 2. 170. Celebrantibus feſtum Conceptionis B. Virg. indulgentias largitur. p. 2. 171.

Digitized by Google

p.2. 230. Alij plures noſtri temporis Reges, Imperatores.

Rhodus defēditur ab Allob. Ducibus. p. 2. 109.

Robertus Guiſcardus in Eccl. pius. p. 2. 25.

Roberti Regis pœna. p. 1. 269.

Rodericus Borgia Legatus à Latere. p. 2. 168.

Rodulphi munificentia in Eccl. p. 2. 95. Pietatis rarum exemplum. 90. Ab eo Reges Hiſpaniarum, & Indiarum. 14. Rom. Occid. Imperatores deriuati. p. 2. 91.

Roma. Quattuor vno anno vidit Imper. p. 1. 19. Diripitur ab Alarico primùm. 97. Vidit tres ſimul Summos Pontifices. p 2. 12. Diripitur à Genſerico. p. 1. 118. Obſeſſa à Longobardis. 153. Diripitur à Cæſarianis. p. 2. 185. A lue liberatur. p. 2. 196. 244 p. 1. 159. 196.

Romani Ciues. Sum. Pontificibus temporalem iuriſdictionem abdicant; ſed poſt an. 50. reſtituunt. p. 2. 36. Interdicto ſubijciuntur. 40. Creſcentius Conſul. auitam vindicat libertatem. 267. punitur ab Othone II. ſeù III. ibid.

S

S*Abba* Abbas pugnat pro ſacrarum Imag. cultu. p. 1. 134.

Sabiniani martyrium. p. 1. 24. Miraculum eius ſanguinis. ibid. truncatum caput manu geſtat. ibid.

Su-

Digitized by Google

Sabinianus Papa ſæuus in pauperes, prauè affectus in Gregorium Magnum; moritur. p.1. 172.
Salutatio Angelica ad Campanæ ſonitum à quo inſtituta. p.2.74.169.
Sanctorum Canonizatio. p.2.10. p.1. 229.
Sanctorum omnium feſtum, p.1.235.
Saraceni, & eorum geſta. p.1.183. 184. 191. 193.206.236.238.230. 259.240.
Sathanas adiuratur. p.2. 66.
Schiſma primum Nouatiani aduerſus Cornelium. p.1.48.
Schiſma trium Capitulorum. 147.
Schiſma trium Pontificum. p.2.12.
Sedes Apoſtolica quo an. in Gallias translata p.2.106. Romam redit. p.2.135.
Sedes ſtercoraria quid ſit. p. 1.243.
Simon Salaka Orient. Eccleſiæ orator obedientiam præſtat Sum. Pontif. p.2.191.
Sophroniæ Virg. facinus. p.1. 57. Alia exempla. ibid.
Syluerius Papa Hormiſdæ filius. p.1.143. ſanctè moritur. ibid.
Symbolum Apoſtolorum. p.1.12. Nicænum, vt in Rom. Eccl. caneretur Bened. VIII. iuſſit. p.2.7.
Sixtus IV. Iubilæum ad an. 25. contraxit. p.2. 170. Celebrantibus feſtum Conceptionis B. Virg. indulgentias largitur. p.2.171.

Syxtus V. primus fuit, qui in Arce S. Angeli theſaurum recondidit. p. 2. 212. Henricum Galliæ Regem diris deuouet. 209. 213.

Summus Pontifex. Non niſi Card. eligendus. p. 1. 220. Non niſi à Cardinalibus eligitur. p. 2. 18. Cur Titulum, *Seruus Seruorum Dei*, aſſumpſerit. p. 1. 166. Eius eſt conuocare Concilium. p. 2. 44. p. 1. 7. Cur non vtatur baculo, vt alij Paſtores. p. 1. 22. 23. Eius vox oraculum. p. 1. 50. 86. Oecumenici Titulus illi ſoli debetur. p. 1. 156. Diſpenſat in Voto Religionis, & caſtitatis. p. 2. 12. 20. 51. Quem morem ſeruat in excipiendo Romæ Imperatore. p. 1. 263. p. 2. 188. Eius primatum aſſeruit Io. Cantacuzenus Orien. Imp. p. 2. 133. Ioan. Palæologus. 155. Vide. *Reges.*

Summi Pontif. Miraculis clari, S. Petrus, p. 1. 22. Deusdedit. p. 1. 176. Martinus I. p. 1. 176. Paſchalis I. 233. Leo IV. 240. 239. Stephanus V. Leo IX. p. 1. 256. Pius V. 2. 201. 203. Martyrio clari, primi 27. immediatè ſuccedentes. In conſanguineos ſeueri. Hadrianus IX. p. 2. 43. Clemens IV. 84. Hadrianus V. 93. Martinus IV. 97. Bonifacius IV. 173. Hadrianus VI. 183. Marcellus II. 193. Vrbanus VII. 214. Pius V. 200. Leo XI. 226. Bonif. IV. p. 1. 173. Benedictus XI. p. 2. 105. Gregor. XI.

p. 2.

Digitized by Google

p. 2. 135. Veneno interempti. Clemens II. p. 2. 13. Victor III. 25. Benedictus XI. 106.

Synodus Rom. Ecthesim damnat. p. 1. 185.

T

Tamerlanus Rex. Res Christianas tuetur. p. 2. 141.

Thadæus Apostolus Abagarum sanat. p. 1. 10.

Theodosius. Eius facinus pro fide Cath. p. 1. 91. Caput S. Io. Baptistę seruat. 93. Cineres. 94.

Theodolinda virum suum conuertit ad fidem. p. 1. 162.

Theodoricus Rex. Horrenda morte occumbit. p. 1. 139. Stat ante tribunal Ioan. Papæ. ib. In ignem præcipitatur. ibid.

Ticinum ossa D. Augustini deferuntur. p. 1. 209. Ticinensis Episcopi priuilegium. p. 1. 259. Concilium celebratur. p. 2. 43.

Tintinnabula, seu Campanæ, quo anno inuenta. p. 1. 240. pulsari ad Corporis, Sanguinisque Christi consecrationem quis iusserit. p. 2. 74.

D. Thomæ Ord. Prædic. natiuitas. p. 2. 64. Studij ardor. 88. Mors prodigiosa. 92. Ordines Religiosos scriptis defendit. 80. 81. Quid de anima Traiani sentiat. p. 1. 32. Probationem per ferrum ignitum reprobat. p. 2. 119.

Traianus. Eius mors, & laus. p. 1. 31. Anima

eius anima ab inferis liberata. 31.32.
Tridenti Concilium conuocatur. p.2.189.
Turcarum initia. p.1.219. Eorum legis initia. p.1.177.
Tutelaris Hiſpaniæ D. Iacobus, & quare. p.1.237.
Tyberis exundat, & lues oritur. p.1.157.
Typus. Quid ſit. p.1.188.

V

Valeriani Imper. dira captiuitas. p.1.46. 50.
Valentinianus fauet Eccleſ. p.1.83. fauet Arianis. 92.
Valens Imper. Eccl. vexat. p.1.87. viuus crematur. ibid.
Venetiarum Vrbs conditur. p.1.104. A Sancto Marco fidem Chriſti recipit p.1.14. Sancti Marci corpus inuenitur. p.2.27. Pax Venetis datur à Clem. V. p.2.102. Euang. D. Marci magno honore excipiunt. Veneti. p.2.102. Pacem petunt à Iulio II. & obtinent. 180.
Vigilius Papa. Eius conſtantia. p.1.146. Eius mors. ibid.
Virgines qua ætate Velum ſuſcipere poſſint. p.1.120.
Vrbanus III. mœrore conficitur ob amiſſam Hieroſ. p.2.58. ſicut Nicolaus V. ob amiſ-

ſam

Digitized by Google

ſam Conſtantin. nunquam poſt biennio ridere viſus eſt. 160.

Vrbanus V. triplici coronamento Thiaram primus ornauit, vſum benedicendi Agnos Dei primus induxit. p. 2. 130. Honos illi delatus à Ioan Palæologo Orien. imp. 132. Reuerſus Auinionem ſtatim moritur. Ibidem.

Vrbanus VI. eius electio canonica miraculo comprobatur. p. 2. 136. 138. 139. Romam regreditur monitus à D. Petro, ibid. Ad an. 33. Iubilæum reducit. p. 2. 140.

Vrbani VIII. Electio notabilis. p. 2. 235. Præclara eius geſta. ibid. & ſeqq. Eius bulla pro elect. Sum. Pontif. p. 1. 30.

Vvadimarum Epiſcopum à Danorum Rege Innoc. III. tuetur. p. 2. 61.

Vviclephi error. p. 2. 144.

Vrbs Beneuentana pro Bamberga Sanctę Romanæ Eccleſiæ donatur. p. 2. 9. Leo Papa IX. Beneuentum captus in bello ducitur. p. 2. 14. Obſidetur à Gulielmo Northmanno. 41.

Vngarorum conuerſio. p. 2. 4. Andreæ Regis pietas. 58. Vngarorum Regi Neapolitanum Regnum denegatur. 109.

Zaccha-

Digitized by Google

Z

ZAcchariæ PP. auctoritas. p. 1. 219.
Zeno Imp. Symplicium Papam reueretur. p. 1. 124. Imperat honoticon vulgari. ibid. Euang. Sancti Matthæi ſeruat in Regia. 127. Morbo Comitiali extinguitur. 127.
Ziſca, ſeù Ioannes Ziſca punitur à Deo. p. 2. 149. Peſſimè moritur. ibid. Eius teſtamentum inſolens. ibid.
Zoſimus PP. condemnat Pelagium. p. 1. 102. Rom. Sedis iura tuetur. Ibidem. Eius ordinationes variæ. 103.

Digitized by Google

Auctores præcipui, vndè hæc Homologhia excerpta eſt.

ABbas VVeſpergenſis.
Abraham Bzouius Annal. Eccleſ.
Adon Chron. & de Rebus Franc.
Aeneas Syluius Pius II. Pont. Max.
Alphonſus Ciaconus de Vitis Pontif.
Alphonſus Vlloa Hiſt. Europæ.
Alphonſus Abulen. in S. Script.
Aimonus de Rebus Franc.
Anaſtaſius S. R. E. Bibliothecarius.
Andræas Victorellus in Additionibus ad Vitas Pontif.
Antonius Bagatta.
S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus Chron.
Antonius Beatillus hiſtor. Beneuent. & de Vita S Nicolai Baren.
S. Auguſtinus de Hæreſibus.
Auguſtinus Iuſtinianus in Annal. Ianuen.
Auctographa Molis Hadrianæ.
Bartholomæus Platina de Vitis Pontif.
Barezius hiſtor. Sancti Franciſci.
Beda hiſtor. Anglorum, & de Ratione Temp.
Benedictus Gononus Chron. Sanctiſsimæ Deiparæ.

Blon-

Digitized by Google

Blondus de rebus geſtis poſt indin. Imp.
Bullarium, & Compendium Bull. Cherubini.
Carolus Sigonius de Reg. Ital.
Carolus Cartharius in Syll. Aduoc. Conſiſt.
Concilia Generalia Oecumenica.
Cornelius Tacitus hiſt. Rom.
Cæſar Card. Baronius Annal. Eccleſ.
Cedrenus hiſtor. C. P.
Decretum Gratiani, & Gloſsa.
Decretales Epiſtolæ.
Dionyſius Petauius Rationarium Temp.
Dio Caſſius hiſtor. Rom.
Dialogus Sancti Gregorij Papæ.
Durandi Rationale Diuin. Offic.
Dubrauius hiſtor. Boemorum.
Egeſippus de excidio Hieruſalem.
Epiphanius de Hæreſibus.
Euſebius Cæſarien. hiſtor. Eccl.
Eutropius hiſtoria Rom.
Falco Beneuentanus Chron.
Franciſcus Guiciardinus.
Felix Aſtulphus miracula S. Virg. M.
Fœlix Giraldus in Diario.
Genebrardus Chronol.
Gonzales Illeſca hiſt. Pontif.
Gothifredus Viterbien.
S. Gregorij Regeſtum Epiſt.
Gulielmus Nebriſſenſis.

Glycas

Digitized by Google

Glycas Græcus hiſt.
Herempertus epitome.
Henricus Dauila hiſt. Galliæ.
Hermannus Contractus.
S.Hieronymi Epiſtolæ, & Chron.
Hiſtoria Tripartita Eccleſiaſtica.
Iacobus Rinaldus Lilia Galliæ ſanctæ.
Iacobus Gualterius Chronicon.
Iacobus Bosſius hiſt. Equit. Hieroſolym.
Io. Antonius Brandus Chron. Pontif.
Io. Antonius Summontius hiſt. Neapolit.
Io. Antonius Petramellarius.
Io. Bollandus Acta Sanctorum.
Io. Baptiſta de Lezana Maria Patrona.
Io. Baptiſta Pigna hiſt. Ateſt.
Io. Carolus Saracenus geſta Arm. famoſa.
Io. Horatius Scoglius hiſt. Eccl.
Ioannes Curopalates hiſt. C.P.
Ioſeph Hebræus de Bello Iudaico.
Laurentius Surius de Vitis Sanct. & Comentarium.
Leo S.R.E. Cardinalis Oſtienſis.
Leander Albertus deſcript. Italiæ.
Martinus Cromerus hiſt. Polonica.
Martinus Polonus hiſt. de Pontif. & Imp.
Matthæus Villani hiſtor.
Marcus Antonius Sabellicus.
Michael Zapullius hiſtor.
Nicephorus Calixti hiſt. Eccl.

Nice-

Nicetas Choniata Annales Græcorum.
Nicolaus Sanderus de ſchiſm. Anglic.
Odoricus Rinaldus Annal. Eccl.
Onophrius Panuinius de Vitis Pontif.
Otho Friſigenſis Epiſc.
Papyrius Maſſonus de Vitis Pontif.
Paulus Oroſius hiſt. Rom.
Paulus Diaconus hiſt. Longobard.
Petrus Opmeerus Chron.
Petrus Iarricus rerum Indiarum.
Petrus Bizarrus hiſt. Ianuen.
Petrus Iuſtinianus de rebus Ven.
Petrus Diaconus de Viris Illuſtr. Montis Casſini.
Polydorus Virgilius hiſtoria Anglica.
S. Petrus Damiani Epiſt. & Serm.
Petrus Matthæius hiſt. Franc.
Procopius Cæſarien. Arcana hiſt.
Priuilegia R. E. & M.S. in Mole Hadriani ſeruata.
Regino Abbas Chronicon.
Regiſtrum Epiſt. Innoc III.
Robertus Card. Bellarminus Chron.
Romualdus Archiepiſc. Salernitanus.
Ruffinus hiſtoriæ Eccleſiaſt.
Suetonius Tranquillus de Vita duodecim Cæſarum.
Sigiberti Chronicon.
Theophanes hiſt. Annal.

Thomas

Digitized by Google

Thomas Fazzellus hiſtoriæ Siculæ.
S.Thomas Aquinas Ord. Prædicatorum.
Troylus Maluenda de Canonizationem Sanctorum.
Tripartita hiſtoria Eccleſ.
Volaterranus Comm. Orbis Terrarum.
Vſuardi Martyrologium.
Zaccharias Bouerius Annal. Fratrum Capuccinorum.
Zonaras hiſtoria C.P.

FINIS.

Digitized by Google

Errata	Corrige.
fol. 1. lin. 13. Secundi	ſecundo
36. lin. 6. Tiberius II. an. 175.	Tiberius II. an. 575.
47. lin. 17. Cleru	Clerus
211. lin. 13. Greg. Papa III.	Gregorius Papa II.
2. fol. 22. lin. 15. delegatus	delegatis
24. lin. 18. Nortomannus	Northmannus
25. lin. 18. 1037.	1087.
71. lin. 18. realiſq. ſpecies	realiſq. ſanguinis ſpecies
81. lin. 12. dierum	dirum
85. lin. 6. vellificantibus	vellicantibus
115. lin. 13. ad fit	ad ſit
120. lin. 21. Clemens V.	Clemens VI.
131. lin. 16. venerebundus	venerabundus
144. lin. 6. Henticus	Henricus
lin. 15. Alexandoe	Alexander
151. lin. 1. 1446.	1448.
168. lin. 3. Paulo II.	Paulus II.
192. lin. 18. Hadriani V.	Hadriani VI.
199. lin. 11. 1596.	1568.
247. lin. 1. Iummunitatem	Immunitatem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google